T. II 29

RICCARDI, 92

PRIMA EDIZIONE

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/tyberiadisdbarto00bart

TYBERIADIS,

D. BARTOLI

DE SAXOFERRATO,

IVRISCONSVLTORVM

OMNIVM FACILE'

PRINCIPIS,

Tractatus de Fluminibus

TRIPERTITVS;

AB

HERCVLE BVTTRIGARIO

SACRAE LATERANENSIS AVLAE

EQVITE AVRATO

NVNC DEMVM RESTITVTVS IN LVCEM PRODIT.

Adsunt etiam Additiones D. Thomæ Diplouatatij I. V. D. vnà cum notabilibus in legis verborum expositione contentis.

Opus sanè mirificum, ac periucundum. Iudicibus, Iurisperitis, & Procuratoribus, nec non Mathematicis, Agrimensoribus, atque Oeconomicis omnibus valde proficuum, vtile, & necessarium.

BONONIAE, APVD IOANNEM ROSCIVM.

CIↃ IↃ L X X V I.

Curiæ Episcopalis & S. Inquisitionis concessu.

Munus autoris 1577 die 16. Februarij

P. OVID. NASON.

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

ANNIBALIS ROVIGHII
AD
HERCVLEM BOTRIGARVM
VIRVM ILLVSTREM, EQVITEMQVE SACRAE AVLAE LATERANENSIS AVRATVM, MIRABILI INGENIO, ATQVE VIRTVTE PRAEDITVM, AC TYBERIADIS INSTAVRATOREM PERSPICACISSIMVM.

Rendentem vacuo quòd ſtruxerit æthere molem,
Et ſcæua horriſoni æquora ponti
Deus potenti dextera,
Ignibus, & multo ſtellantem effinxerit auro
Aſtriferi pallatia cæli,
Iubarq́ Solis lucidum,
Et circum tenues, ceu velum, expanderit auras,
Sunt equidem monumenta ſupremæ
Hæc numinis potentiæ:
Sed quòd adhuc longis durent imperdita ſeclis
Tantarum miracula rerum,
Et iuſſa ſeruent fœdera,

Hoc pietatis opus, patrisq; hoc nomine dignum
Est hominum, seruare paterna
Opus suum custodia:
Ille rotat celsi centena volumina cæli
Conuersis errantia gyris,
Et fixa cælo sydera:
Hinc & præscriptam metuens transcendere metam
Insanis Neptune procellis
Incurua plangis littora.
Nunc si quò propius diuinæ huic pectora menti
Sunt hominum, contermina cælo
Debentur his præconia;
Ecquid non merita ferimus te ad sydera laude,
Flos Equitum, & præclara vetustæ
Propago gentis HERCVLES?
Qui generis vestri prohibes ne perdere partus
Egregios queat vlla vetustas,
Aeruginosis dentibus,
BARTOLVS & vestræ intereat ne gentis alumnus,
Magnanimo nec parta IACOBO
Hînc BOTRIGARO gloria.
Iustinianæis nam quod Palinurus in vndis
Vexerit hunc IACOBVS, & alto
Eduxerit de gurgite,
Huius nunc totum regnant Responsa per orbem,
Primo à carcere Solis Eoi,
Tartessios ad limites:

Aſt illum è tenebris, ſtygij vt de faucibus Orci,
Herculeo traxiſſe labore
Longè fuit diuinius.
Ergo quòd famam, egregiûm & monumenta virorum
Obſtiterit ne obliuia nigro
Inuoluerent ſilentio,
HERCVLIS Aonias fas eſt celebrare Camœnas
Aeternum per ſecula nomen,
Et gloriam ſuperſtitem.



HERCVLIS BVTTRIGARII.

Exprimit Effigies hæc vultum BARTOLI: *at, ò cur,*
Non potuit mentem pingere qui faciem.

ANNIB. ROVIGHII
IN EFFIGIEM BARTOLI.

Pinxerit Aemathium Regem, licèt vnus Apelles,
Ipse tamen Coam, BARTOLE, sperne manum.
Tu potiora petas. Ornet post funera sola;
Quæ viuum erudijt, te BOTRIGARA domus.



IN EANDEM EXPRIMENTEM
BARTOLVM PENSITANTEM

POMP. RICCIAR.

Quid meditaris BARTOLE? dic, Quid mente reuoluis?
Quòd sim deuinctus bis BOTRIGARE tibi.

DE BARTOLO SAXOFERRATENSI

F. IACOBVS PHILIPPVS BERGOMENSIS In Cronicarum ſuarum vniuerſalium Supplemento præclarum Elogium tale reliquit.

ARTOLVS SAXOFERRATENSIS luriſconſultorum ſuperioris ſæculi princeps, & eiuſdem profeſſionis copioſiſſimus explanator: Cyni, & IACOBI BVTRIGARII Doctorũ diſcipulus, & auditor, his quoq; temporib⁹ vniuerſo mundo ea in doctrina admirabilis fuit: Qui, & præcæteris legum Interpretibus in Digeſto nouo, & veteri, ac Infortiato, nec non, & in reliquis legum Codicibus præclariſſima edidit commentaria; quorum celebritate, atq; præſtantia ipſe vulgatiſſimus habitus eſt. Scripſit & TYBERIADIS Tractatum, ac alium de Ghelphis, & Gibellinis. Feruntur etiam eius præclara Conſiliorum volumina. Obijt autem anno Domini MCCCLV. Aetatis verò LVI.

STVDIOSO, CVPIDOQVE LECTORI.

QVID In hac præclariſsimi Bartoli Tyberiade, de Fluminibus mirifico Tractatu egerim, aut quid ſaltem agere elaborauerim, & ſi pro certo habeam, Studioſe Lector, ex ſola huius cum cæteris omnibus; quæ adhuc à tot, tamq; diuerſis vulgatiſsimis Typographicis officinis ectypa prodierunt, collatione tibi euidenter apparere poſse, ſpero tamen te id certius percepturum à clara iſtius admirabilis, atquè perneceſſariæ doctrinæ cognitione; quæ nunc paſsim omnibus explicatiſsima erit, cum antea maximo etiam cum labore, errorum innumerabilium, tum iniuria temporis, tum impreſſorum incuria, eam obtenebrantium culpa parum intelligeretur: quocirca ſi non prorſus contempta, ne dicam turpiter exploſa, inculta ſaltem iacebat: Quare etiam à quibuſdam nimium, iudicio meo, confidentibus temerè eſt impugnata, atq; fabula appellata, & viſum, tanquam (vt ipſi aſſerunt) à ſomno exorta. Sed ò potius ipſi ſomnioſi dormitatores morologi, hæcquè vigilantiſsimi

Bartoli visio vera, ac cæleste oraculum, legum professoribus hoc pacto beneuolę admonitionis loco ab ipso relatum: Diuini instar quidem Platonis ad Graios; qui cum diuturna, ac sæuissima peste, complurimisquè alijs grauissimis calamitatibus tunc opprimerentur, Apollinemq; Delium idcirco scisitatum missent, quando tot Gręciæ afflictiones, ac miseriæ essent finiendæ, quibusuè modis ipsi, placatis Dijs, illas sedare, atq; extinguere valerent, responso ab eo acceperunt, Græciam protinus, ara sibi duplicata, felicissimam fore. Ideoq; ara illi altera æqualis magnitudinis à Delijs sic ipsam duplicatam credentibus, statim addita; nec propterea ipsorum erumnis, ac infælicitatibus diminutis, paulò post Apollinem iterum percunctarunt, an ne oraculum benè intellexissent, ac mandatis rectè paruissent, illoq; negante, soliciti, & animo fluctuantes Platonem ipsum interpretem elegerunt, ac consuluerunt; qui eos edocuit, ipsos inter cubum, & quadrangulum discrimen ignorantes, magnopere allucinatos esse, censentes Apollinis aram iam cubicam in quadrangulum ab illis redactam, ita duplicatam esse. Cubiq; duplicandi ratione demonstrata, Graios admonitos voluit, Apollinis oraculum fuisse, Græciam tamdiu à calamitatibus maximis vexandam esse, quamdiu ipsi mentes suas ab otio, à voluptatibus, ab ambitionibus, cæterisq; mundanis cupiditatibus; à quibus bella, fames, pestilentiæ, cunctaq; mala oriuntur, reuocare, ad continentiamq; pacis, ac amoris genitricem transferre immorarentur. Audiant, audiant obsecro, legum studiosi noui huius Platonis oracula, & quemadmodum in reliquis eius vestigia totis viribus sequi contendunt, in hoc quoq; eius exemplum imitari conentur. Contumelias, ac (vt eius verbis vtar) derisiones secum contemnant. Ne ve credant, aut persuasum habeant excellenti Iurisperito Mathematicas disciplinas scire indecens esse,

aut ſuæ dignitati minimum quid derogare poſſe. Non ne quæſo de ijs; quæ ſunt circa numerum, circa dimenſionem, circa pondera, nec non circa contributionem, ac diſtributionem rerum, ſtatuunt, atq; determinant leges? Et de quo lex vetuſta, & mortua non decreuit, ſiue aliqua obſcuritate, vel difficultate literis commendauit, non ne rectè determinare, aut interpretari ſcire debet noua lex, & viuens, Iudices ſcilicet, ideſt Iuriſprudentes? Non ne circa eadem ꝓpriè verſatur duarũ vtraq; primarum diſciplinarum Mathematicarum? Quo nam ergo pacto eſſe poteſt, non quòd legum profeſſoribus Mathematicæ non congruant: verùm quòd legum profeſſores Mathematici non ſint? Mathematicas igitur diſciplinas calleant Iuriſperiti. Nam ſi hactenus ipſi eas calluiſſent, non incidiſſent profectò ſemper in abominandam illam monſtroſam determinationem, quoties illis data fuit cauſa, referendi ſe prorſus ad peritos in arte, non animaduertentes, ꝙ ſibi met ipſis, cum tales eſſe deberent, hoc pacto eiuſdem diſceptationis iudicium demandabãt: cumq; tales ideo non eſſent, ad alios illud deferebant; quorum deciſiones (ſi qui fortaſſe fuerunt; qui tales exiſtimari gloriarentur) haud certè ſcio multis, & efficaciſſimis rationibus, quàm rectæ, ac iuſtitiæ conſentaneæ, ni fortuitò, eſſe poſſent. Et præterquàm quòd excellens hęc doctrina ſingularis, ſplendidiſsimuſq; lapis pretioſus; in quo Baldo, Alexandro, Angelo, Bartholomeo Veronenſi, Fabro, cæteriſq; tandem omnibus Iuriſconſultis, tanquàm nitidiſsimo in ſpeculo contemplantes, ſe intueri, ac de eius fulgentiſsimo ſplendore ſola commemoratione atteſtari ſatis ſuperq; fuit: obſcuras innumerabilium errorum nebulas, eam vndiq; commaculantes, noſtraquè hac tempeſtate, vt dixi, obtenebrantes haud paſſa fuiſſet: conuiciatoribus eam inſectandi minimè patuiſſet aditus, mihi verò tot ſuſcipiendi non fuiſſent labores; quos in

ipſius expurgatione, ac expolitione maximos ſuſtinui, Et libenter quidem, tum quòd maximè iſtis delectatus ſum ſtudijs, tum quòd hiſce meis vigilijs plurimum me vniuerſis profuturum ſperabam. Acceſsit etiam propenſio quædam, ac pietas erga Tyberiadem ipſam in me, vt opinor, à mutuo amore illo excitata; quo IACOBVS BVTTRIGARIVS antiquiſsimus progenitor meus diſcipulum ſuum BARTOLVM, ac Bartolus Iacobum præceptorem ſuum proſequutus eſt, prout eius crebræ in ſuis grauiſsimis, ac celeberimis monumentis commemorationes illum talem prædicantes pleniſsima prębent teſtimonia. Sed in quos ſermones delapſus ſum? Reddeat iam noſtra vnde digreſſa eſt oratio. Cum firmum clarę cognitionis experimentum eò maiorem temporis intercapedinem expoſtulet, quàm ſolæ collationis, te collationem ipſam, curioſe Lector, vt voti compos celerius fias, amplexurum arbitror. Quare hìc tibi ſignificare volui, quòd maximam me adhibuiſſe curam comperies in emaculandis erroribus, non modò in figuratis demonſtrationibus; verùm etiam in ipſorum literalibus explicationibus exiſtentibus, totq; atq; talibus, vt ſæpius illas propriam in eſternam formam commutare coegerint, has verò, quandoq; ſenſus recipere adeo cum illis parum conuenientes, vt non eorum profectò declarationes, ſed potius obtenebrationes meritò dici potuerint: Hanc tamen conformitatis partem me ita ſolerti ſtudio confeciſſe te cogniturum arbitror, vt nullam, ſiue leuiſsimam ſaltem diuerſitatem lectio ipſa literalis paſſa ſit; in cuius lectionis, atq; figuratarum demonſtrationum complurimis locis multas nihilominus iniunxi alphabeticas literas, ſed tum ad ipſius expoſitionis maiorem, facilioremq; perſpicuitatem, tum ad difficultatem leuandam à varijs illis coloribus inuectam, è quibus deſiderabãtur adeſſe aliquę figuratarum demonſtrationum lineæ, nonnulliq; circuli

multoties per colorem tantùm, nunc rubeum, nunc flauum (eius verba recenſebo) aut zaldum, vel croceum, modò azureum, ſiue ceruleum, modò nigrum vocati. Quę quidem difficultas maxima erat, tam propter huiuſce rei in Geometria nouitatem, quàm quoniam pauciſsima exemplaria coloribus ipſis picta reperiantur. Qua de cauſa pũcti aliqui circa lineas, ac circulos ipſos additi fuerant: Res etiam ꝑfectò à Geometris necdum cognita, quodq; potius confuſionem augendo, parum cuiq; ad aliud, quàm ad figuratas demonſtrationes colorandas inſeruire poterat; Puncti nanq; illi nullam cum expoſitionibus ipſis retinebant conformitatem, aut conuenientiam. Non erit tamen, vt cũ literis ipſis Alphabeticis Geometrarum more à me adiectis illos met colores, velut antea lecturus non ſis. Cum enim earum literarum defectus ab eadem cęterorum erratorum in dies multiplicatorum culpa proceſsiſſe, potiuſquam quòd autor ipſe ſic abſolutè ſcriptum reliquiſſet, iudicaſſem, argumento capto, quòd ex ipſis circulis, ac lineis quædam reperirentur, & literis, & coloribus ſuffultæ; quos, pro comperto habeo, à Bartolo, non neceſsitatis: ſed ornatus, atq; allectationis cauſa, appoſitos fuiſſe: intelligebat. n. quòd & ſi rem nouam, & expetitam pertractaret, eam tamen inſolito quodam modo, ac ferè legum profeſſoribus inuiſo pertractaret, librum hoc lepore carere mea culpa nullo pacto libuit. Satis enim eſſe duxi, me ita feciſſe, vt abſq; illius ope facilimè intelligi poſsit, alieno concedens arbitrio has, atq; illos colorarent, nec ne: Quorum colorum mentio nequaq; erit propterea curanda, ſed literæ alphabeticę ipſæ omnes; tanquam verarum linearum, & circulorum in quacunq; figurata demonſtratione occurrentium, ex Geometrico inſtituto, indicatrices tantummodo conſiderandæ. Hoc cum fuerit qdquid operæ pretij fecerim in hac Tyberiadis parte; in qua iuxta legiſlatoris mentem

Alluuionum, ac fluuiaticarum Insularum vniuersæ diuisiones Geometricè demonstrantur; quippe quę tantùm perpendere decreueram, te certiorem quoq; primùm facere cœpi; hoc idem in collatione ipsa reperturum esse. Præterea tamen me etiam circa cæteras omnes eius partes elaborasse inuenies, corrigendis erratis; quæ in his, haud minus quàm in ea (huic enim tractationi euenisse reor vti ferro; cui cum in aliqua sui parte rubiginem pati acciderit, æruginosum quoq; vndiq; fieri breui conuenit) à me, inopinatò quidem, reperta fuere: nam illæ sunt simpliciter legales, & ob oculos ideo, ac inter manus Iurisconsultorum ęquè cętera omnia eius opera dies noctesq; versandæ, & consequenter in eius propria forma seruandæ. At velut ægrotantibus vasa; in quibus medicinalem potionem obsorbuerunt, adeo infesta sunt, vt ne quidem ab illis, quamuis argentea, atq; aurata conspici possint, his quoque partibus illam ipsis non admodum gratam complectentibus, idem procul dubio contigisse censeo, quapropter totum Tractatum necesse fuit eodem in discrimine versari, vt legum videlicet professores oculos in eum vix voluere vellent. In quo quidem omnes maximum fecerunt damnum. Nam præter precipuam materiam, tot, & tantæ, diuersæquè suauissimæ, perutiles, ac (vt Bartolus refert ipse) necessariæ res, adeoquè doctæ disseruntur, ac enucleantur, vt non rudium Alluuionum, nudarumq; Insularum, atq; arenosarum fluuiorum cursus mutationum, verùm florentissimi, fructuosissimiquè legalis doctrinæ amœnissimi viridarij titulum iure meritò esse possit. Erant quippe hæc errata non modò (vt tibi perspicuum erit) literæ vnius pro litera altera, & dictionis pro dictione, sed transpositionum, implicationum, variationum, duplicationum, ac defectionum tam illarum, quàm istarum, ita sanè, vt clausulæ modò imperfectæ, modò absq; aliquo sensu,

modò obſcuræ, modò ſibimet ipſis aduerſæ viderentur factæ. Multæ prętęrea allegationes alteratæ, ac commentitię erant: Idcirco ne vlla in parte Tyberias ipſa eſſet deturpata, volui quoquè has allegationes omnes ſigillatim in fonte (vt aiunt) cognoſcere: ammotiſquè adulterinis proprias reponere elaboraui; cuius rei dilucidiſsimum ſignum tibi erit; cuiquè allegatæ legi prępoſitum à me fuiſſe numerum; quo ſub eorum titulo leges ipſæ ordinantur; quod tibi maximo erit adiumento relatarum legum perquirendarum, quoties ſub vno, eodemq; titulo duæ, vel plures leges ſuum ab ijſdem verbis ſummant initium. Tum demum reperies quæq; Legiſlatoris verba à Bartolo declarata ad linearum capita à me collocata fuiſſe; quæ cum adhuc ita minimè ſe haberent, magnam quandoq; afferebant mentis perturbationem: Eo enim pacto ab vna ad rem aliam inexploratò, quinimo materiam ipſam inchoatam proſequi cenſendo, delabebatur. Nunc, & ſi omni officio; q̃ ordinè ſuperius enarraui, agere elucubrauerim, prout ꝑfectò, vel ex ſola collatione ipſa me quidem egiſſe compertiſsimum tibi erit, nolo tamen te modo aliquo exiſtimare, me arbitratum eſſe, ꝙ hac in editione multi non acciderint errores, vt in omnibus; quæ excuduntur, ſæpènumero contigit, quos euitare poſſe difficilimum eſt correctori, quanquam ſolertiſsimo, ac eruditiſsimo. Et vt exploratiſsimum habeas, me certiorem eſſe, multa idcirco deprauata, ac vitiata fuiſſe, ex his; quæ alicuius momenti ſunt, aliqua collegi, cætera verò; quæ ad rectè ſcribendi rationem tantùm pertinent, vt potè quod, & legum, & Matheſium profeſſorum haud multùm refert, poſthabui, ſpe concepta, me veniam non difficulter à te impetraturum, cum nec ad lectionis huius delectationem, vel vtilitatem capeſcendam tibi impedimento, ne dum vllę quidem cunctationi eſſe poſsint. Propterea verò nolui quorundam

imprudentiam ſectando; qui poſtq̃; omnibus neruis domum ſcopis mundarunt, collectas inde quiſquilias omnes ante eius veſtibulum verrunt, erratorum exarationem in hiſce primordijs collocare; in quibus te commonefeciſſe ſat mihi erit, eam vna cum congruenti emendatione ad huius operis exitum conſpiciendam tradidiſſe, te etiam atq; etiam rogans, vt ad ipſam omninò te conferas, antequàm has paginas ſtudio (vt te adhortor) vertere incipias. Ad maiorem huius negocij perfectionem, ad maioremq; omnium ſatisfactionem ſupereſſe forſitan videbatur, vt aliquas meas notationes, dubitationes, atq; explicationes ſubderem, ſed conſultò in aliud tempus eas tibi tradere diſtuli: & tunc copioſius fortaſſe vna cum Tyberiade ipſa; quam noſtrati ſermone luculenter interpretatus ſum. Interim, ſtudioſe Lector, fruere hoc magno, atq; dilucido fonte; qui non modò in ampliſsimum, ac placidiſsimum lacum paruo negocio commutabitur, verùm etiã in immenſum, tranquilliſsimumq; mare; ad cuius littora Cyrenaici Ariſtippi nauigium; quo ſecunda, faciliq; fortuna per eius æquora vehentur, ſponte, ac tutò applicare poterunt, incolumesq; ex eo proſilientes, geometricas figuras vndiq; ſpectabunt, maximaq; idcirco geſtientes lætitia, ſocios profectò benè ſperare iubebunt.

VALE.

TYBERIADIS,

TRACTATVS DE FLVMINIBVS DOMINI BARTOLI

De Saxoferrato;

in cuius

PRIMA HAC PARTE

de Alluuionibus diuidendis modus demonstratur, nunc demum ab

HERCVLE BVTTRIGARIO

SACRAE LATERANENSIS AVLAE EQVITE

Aurato à mendis innumerabilibus illum, tum iniuria temporis, tum Impressorum incuria obtenebrantibus,

Expurgatus, ad pristinumquè suum simplicissimum decus, & nitorem summo studio, ac labore restitutus in lucem prodit.

PROHEMIVM.

TYBERIADIS *est Regio iuxta flumen Tyberis constituta. Est autem Tyberis Flumen, & est notabile in Italiæ partibus. Transit enim per vrbem Romam; quæ cunctarum ciuitatum caput est, & magistra, & in eiusdem vrbis Territorio mare ingreditur, & ibi nauigabile est, & vsque ad mare retinet nomen suum. Dicitur autem Tyberis à Tyberio Romanorum Imperatore; à quo*

aliquas leges latas habemus, & ſub hoc nomine flumen hoc in noſtris legibus pluries nominatur. Hoc autem flumen montem illum laudabilem circuit, in quo eſt ciuitas Peruſina ſituata, & per eius Territorium longo ſpatio tranſiens, planities, & colles, & cætera loca ipſi flumini circumſtantia habet. Item bene habitata ædificijs multis, & pulcris ornata, fructifera valdè, & delectabilia viridaria eſſe videntur. Cum igitur à lectura vacarem, & recreationis cauſa in quandam villam propè Peruſium ſupra Tyberim conſtitutam accederem, incepi Tyberis circuitus, alluuiones, Inſulas in flumine natas, mutationeſque aluei contemplari, & circa multa dubia; quæ de facto occurrerant, & alia; quæ ego ipſe ex aſpectu fluminis excitabam, quid iuris eſſet, cæpi aliqualiter intueri, nõ tamen credens vltra procedere, ne recreationem, propter quam acceſſeram, impedirem. Cumq; nocte illa dormirem, propè diem viſum eſt mihi, quòd ad me quidam homo veniret; cuius aſpectus mihi placidus erat, dixitque, hæc; quæ cogitare cæpiſti, ſcribe; & quia oculorũ aſpectione indigent, per figuras ſigna: Ecce apportaui tibi calamum; quo menſuras, & figuras facies circulares, & regulam; qua lineas ducas, figuraſque formes. Cui dixi, abſit, quòd ea; quæ ad iura pertinent per figuras ſignem; ſi enim facerem, longè plures eſſent diriſores, quàm laudatores. Tunc ille turbato vultu aſpiciens ait. Bartole; cognoſco quòd modicum Dei habes: times enim de beneficio derideri? quod vitæ Chriſti, & Sanctorum omnium contradicit: quia bene facientes nõ curant contumelias, deriſiones, & verba iniurioſa. Modicum

etiam boni moralis habes. Timor enim hic; per quem à bono recedis, illi virtuti morali opponitur; quæ fortitudo nuncupatur. In te enim est bene agere; tui verò arbitrij non est, quòd quisque loquatur. Cui verecundus dixi; Tibi assentio: Sed primo motu ductus sic respondi, dicendo insuper, quæ erit via huius operis inchoãdi? Qui ait, incipias securè, quia in eius operis prosequutione dominus tecum erit: & multa tibi aperiet; quæ tibi incognita sunt. Surgens igitur, confisus in gratia eius; qui in prosequutione mecum se futurum pollicitus erat, istud opus incæpi, & totum opus appellaui Tyberiadis: vt non solum de ipso Tyberi, sed etiam de multis; quæ in regione Tyberis occurrunt, in ipso tractentur: Putans congruum, quòd sicut ab Vrbe Roma iura omnia processerunt: ita quòd de Tyberi flumine Romano dicetur, ad flumina cuncta trahatur, & id, scilicet opus, in tres libros diuisi. In primo tractatur de Alluuione. In secundo de Insula in flumine nata. In tertio de Alueo fluminis: In quo Tractatu primi libri figuras consideraui pœnitus componendas: ipsasquè composui, & exposui circa eas. Et tunc secundi libri figuras incæpi; & cum ibi aliqua dubia occurrissent, & circa ea vehementius cogitarem; me visitauit quidam frater Guido de Perusia, magnus Theologus; vniuersalis in omnibus; qui meus fuerat, & erat in Geometria magister, ibiq; erat, non proposito remanendi, sed tunc insurrexit pluuia magna, ita quòd mecum pernoctare coactus est, & sic morari per diem integrum naturalem. Tunc dixi. Verè cognosco, quod in prosequutione operis iam mihi dictum est, & cum ipso prædicta

contuli, ac figuras secundi libri formare compleui, & multa spiritualia gaudia ex colloquutionibus spiritualibus secum habui. Quod autem in tertio libro dicturus eram, in mente seruaui: Et cum omnibus istis Perusium sum reuersus, & ea reuidi, & sub forma infrascripta libellum composui, & vniuersitati nostræ tradidi sub anno Domini

MCCC LV.

VERBORVM LEGIS;

QVAE DE ALLVVIONIBVS diuidendis disponunt

EXPOSITIO D. BARTOLI DE SAXOFERRATO.

ARVS in l.vij.adeò.§.j.ff.de acquir. rerum dom. Quod per alluuionem, ait, agro nostro flumen adiecit, iure gentium acquiritur nobis: Per alluuionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligere non possimus quantum quoquo momento temporis adiiciatur. Quòd si vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, & meo prædio attullerit, palam est tuam permanere; planè si longiore tempore fundo meo hæserit, arboresquè; quas secum traxerit in meum fundum radices egerint, ex eo tempore meo fundo videntur acquisitas esse. Hæc illæ. Optimum fuit hoc; quod de iure gentium erat, in scriptis redigere, cum ex hoc varię contentiones oriantur. Verba itaq; dictæ legis construamus. Ait lex.

Quod, Istud verbum, quod, neutraliter accipitur, idest, quãcunq; rem, vt.ff.Nau.caup.stab.l.j.§.ait Prętor. Siue igitur terram puram, siue lapides terræ commissos adiecerit fundo nostro, nostrum efficitur, etiam si fuerint gemmæ, vel lapides pretiosi[a]. Nec obstat Instit. de re. diuis.§. Item lapilli, quia loquitur de lapillis, in litore maris inuentis; qui in nullius bonis sunt; hîc de lapillis; qui prædio nostro adiiciuntur. Idem si ligna,

[a] vel

vel aurum, vel argentum, vel pecuniam prædio noſtro adiecerit, noſtrum erit; de quacumque enim re lex loquitur: Dumtamen ita adiiciatur, quòd terræ cohęreat: quod patet ex verbo adiecit, quod infra exponetur. Nec hoc fieret inuentoris pro parte, vt de Theſauro dicitur Inſtit. de rerum diuis. §. Theſaurus. ff. de acqui. re.dom.l.xxxi.nunquàm. §. Theſauros: ibi enim erat hæc pecunia ab antiquo poſita; quæ Theſaurus in d.lege dicitur, ſed pecunia eſt per vim aquarum ab incognito loco tranſducta, & prædio noſtro adiecta. Nec etiã obſtat.ff.de dam.infec.l.hoc amplius.§.j.& l.vij. de incen.ru.nau.l. ne quid. quia hoc intelligo, quòd cuius ſint dictæ res adiectæ, ignoretur, aliàs dominij noſtri; non efficerentur, vt ibi, & inferius declarabitur.

ADDITIONES.

a ¶ TRACTATVS de fluminibus; adde quòd iſte Tractatus eſt Do. Bartoli, prout cõmuniter tenetur; de quo dicit Bartolom. vero. in ſuo Tract. de ſeruitutibus, in Rub. Alluuionum. Quòd materia alluuionum abunde, & ſubtiliter tractata fuit per Bart. in iſto Tract. Tyberiadis; qui etiam de alluuione inſcribitur; ad quem tractatum vnuſquiſque remitti poterit. Thom.

b ¶ LAPIDES pretioſi. dicit Bart. hîc quòd ligna, vel aurum, vel argentum, vel pecuniã quam flumen prædio meo adijcerit noſtrum erit, vide do. Feder. de Senis in conſi. cvij. incip. do. Franc vbi vult, quòd ſi ego ignoro, cuius ſint res in agrum meum delatæ, erit remedium, quòd per Iudicem fiat proclamatio; de quo vide Alex. de Imo. in l. hoc amplius. §. de his autem in j. nota. ff. de dam. infect. Thom.

Per alluuionem. Hoc ab ipſa lege exponitur, vt infra patebit.

1 *Ager eſt locus ſine ædificio.*
2 *Agri tres partes ſunt.*
3 *Via media inter agrum, & flumen non impedit ius alluuionis.*
4 *Ripa, & loca; quæ cedunt ripæ, agro vendito non veniunt menſuranda, niſi dicatur.*
5 *Sepes prædiorum; quæ in vijs publicis coherent, ſe habent ſicut ripæ; quæ ſunt communes.*
6 *Foſſæ; quæ ſunt inter ripam, & fundum, ſunt eorum; prædijs quorum adherent, vſus tamen eorum eſt publicus.*
7 *Foſſæ; quæ ſunt inter viam, & fundum,* } *qualiter menſurentur.*
8 *Ripæ; quæ ſunt in fundo.*

9 *Concauitas ſulcorum; quæ eſt annalis ratione culturæ, vel aquæ deriuandæ, non menſuratur.*

10 *Foueæ agri dicuntur fieri ad perpetuam vtilitatem.*

11 *Montes regulariter ſunt inculti, & magnæ magnitudinis.*
Colles verò mediocris altitudinis, & culti, & diſtinguitur mons à colle eſtimatione circumcollentium.

12 *Vallis dicitur locus montibus, vel collibus circundatus.*

13 *Planus dicitur quando eſt latus, & partes ſunt æquales.*

14 *Vallis qualiter à planò deſtinguatur.*

15 *Æqualitas in plano qualiter eſſe debeat.*
Planus quando dicatur notabiliter in vnam partem pergere.

16 *Foſſa agrorum, & ripæ viarum; quæ ſunt in plano, plani ſunt.*

17 *Statutum puniens factum in plano Thiberis, habet locum in facto in foſſis agrorum, vijs, & ripis plani.*

18 *Factum in loco; in quo propter attractionem aqua verſus flumen vergit, an dicetur commiſſum in plano Tyberis?*

1 AGRO Ager † in iure eſt locus quidã; qui ſine ędificio ſic appellatur, vt. ff. de verb. ſignif. l. ccxi. Fundi. Et l. Ager. xxvij. quid ergo, ſi cũ haberẽ domum iuxta flumẽ, ibidem per allu-
a uionẽ flumẽ adiecerit? Certè meum erit. idcirco .n. legiſlator agri nomine vſus eſt, vt oſtendat alluuionem fieri reſpectu ſoli, nõ ædificij ſuper impoſiti; & ad hoc etiam oſtendendum, in inferiori parte legis; quam ſupra retulimus; agri, & fundi nobis facit mentionẽ; quorum appellatio generalis eſt etiam ad ædificia, vt ff. de verbo-
2 rum ſignif. l. lx. locus, & l. cxv. quæſtio, & l. ccxi. fundi. Sed cũ agri tres partes ſunt ipſius agri planicies. Item loca; quæ ripæ cedunt, ſcilicet ex quo primô à plano vergere incęperint vſque ad aquam, intelligendum eſt de his, quæ incipiunt vergere propter attractionẽ aquæ. ff. de flu. l. iij. flumina, & ibi no. Item ripa: hoc eſt id, quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui retinens, vt. ff. de flumi. l. j. §. ripa. Quomodo dicatur adiici, poteſt quæri, ſed reſpon. cuicunque dictarum partium adiiciatur, ſatis eſt, quòd appareat,
3 quia ſi † via media eſſet, ius alluuionis nõ impeditur, vt. ff. de aquirendo rerum dom. l. xxxvij. martius: & ideo gl. inſti. eo. §. præterea, dicit (exponendo ſuper verbo adiecit) ponendo iuxta tuum præ-

dium.

4 dium. Queritur,† quando ager venditur,an ripa,& loca; quę ripæ cedunt,veniant mensuranda,quod nõ videtur.ff.de contrah.empt. l.lj.litora. In contrarium facit,quod supradixi, & videtur casus.ff. de fun.instr.l.prædia.§. ita legatum, & ibi not. pro quo facit, quòd d.l. litora. loquitur in litoribus maris; quæ communia sunt. Ripæ autem fluminis sunt eorũ; qui prope ripas prædia possident,vt .ff. de rerum di. l.v.riparum. Resp.quòd prædicta non veniunt mensuranda, nisi sit dictum, sicut dicimus in limitibus fundi; quæ cohærent vijs publicis, vt .ff.de peri.& com.rei vend. l.vij. id quod.§.j. Ratio autem est,quia prædicta nõ venduntur,sed magis rei venditę accedunt,quod apparet,quia per se vendi nõ possunt. Cũ enim riparum vsus sit cõmunis de iure gentium,apparet, quòd proprietas sola per se esset inutilis, cum semper duret vsus alterius, vt .ff. de vsur.l.iij.tamen ideo per se non censetur,sed alteri cedit,& hoc vult dicere tex.in d.l.id quod .§.j.de peri. & com. rei. vend. quod nota.

5 Ex illo collige† quòd sicut se habent ripæ; quæ sunt communes, ita etiam se habent sepes prædiorum, quæ vijs publicis coherent,

6 arg.d.l.id quod.§.j. Et† quod supradictum est, idem intelligo de fossis; quæ sunt inter viam, & fundum ead.ratione. Ille enim fossæ sunt eorum; quorum prædijs adhærent, quod patet, quia ripa viæ est ipsorũ vt limites prędij,vt l.xxxviij.Martius,de acquir.rer.dom. &not.Inst.de rerum di.§.riparũ,Ergo fouea; quæ est inter illam,& fundum nostrum,est nostra,vt .ff.de aqua plu.arcen.l.ij.§.Præterea, & ibi not. via autem non potest dici, quia per illam non itur, nec commeatur, ergo non est via, vt l.ij. ait prætor,ne quid in loco publico .§.publici loci, puto tamen, ꝙ vsus sit publicus, sicut viarum; quod supra dictum est. Nec prædictis obstat l. xxvij. prædia.§. ita legatum,de fund.instr.quia ibi loquitur in ageribus, & fossis, quæ sunt inter ipsum fundum, & sic sunt iura proprietatis,& vsus domi-

7 nij ipsius fundi: vnde cum vendantur, veniunt mensuranda. † Sed dubitatur qualiter istæ fossæ; quæ sunt in fundo,mensurentur:videlicèt,an mensuretur superficies; quæ sit à latere foueæ, & quæ sit in fundo foueę;an verò mensuretur cum toto agro,sicut si foueę plenę essent. Respondeo,Ager dicitur ab agendo secundum Vgutionem, & sic ab actu, quia per eum possunt boues, & alia animalia duci, quod importat nomen actus. Si igitur fouea esset ita plana, & eius

latera

latera ita lata, ꝙ laborarentur, vel laborari possent cum bobus, dico eam mensurandam. Si verò (vt sæpe accidit) ripæ fouearum sint rectę, ita ꝙ per eas iri, & agi non possit, tunc foueæ mensurantur cum fundo, ac si planæ essent, & ita obseruatur. Ita dico de ripis; quæ in fundo essent, vt si quidem cum bobus coli possent, eorũ superficies veniat mensuranda; secus, si ita essent erectæ, quòd sic coli nõ possent: tunc enim mensuratur solum, quod dicta ripa continet, sicut si in fundo aliquis murus esset: Eadem ratione prædicta vera sunt, nisi aliter actum sit expresè, vel tacitè. l. id quod. §. j. de peric. & com. rei vendi. Dico autem tacitè: puta si ad mensuram aliquod prædium venderetur montuosum, saxosum, vel plagiosum, seu riposum, licèt enim hoc propriè agi non potest, tamen mensurabitur,
9 sic enim actum videbitur. † De cõcauitate verò sulcorum; qui sunt annalis culturæ, vel aquæ deriuandæ, vt .ff. de aqua plu. arc. l. j. §. de eo opere; dico in mensura rationem non habendam, quoniam illa
10 nõ est forma agri perpetua, sed culturę causa factum. Foueę † verò agri ad perpetuam vtilitatem fieri dicuntur, vt .ff. de impen. in reb. dot. fa. l. xiiij. impensæ. Ei autem, quod dixi, prædium; quod totum est riposum, vel plagiosum esse mensurandum, contradicere videtur quod supra dixi, ripam, & loca; quæ ripæ cedant, per se non posse vendi: sed respondeo, quòd omnia loca; quę à plano incipiunt vergere vsquè ad aquam, intelligendum est propter alluuionem aquæ. Si enim intra duos montes vadat flumen, nõ omnes penditiæ mõtis
b dicentur ripæ, quoniam naturaliter vergent versus aquam, vt not. in
11 d. l. pen. de flum. b Huius gratia, quid sit † planities inuestigandum est: ad quod sciendum, est habita notitia eorum, quæ plano opponũtur, vt mõs, valis, collis, & similia: Mons, locus altus est. l. xxxvij. si ædes meæ. de serui. urban. præd. quod intelligo de magna altitudine, quod infra dicam. Dicitur autem mons secund. Hugutionem, & Papiam à mouendo per contrarium, quia nõ mouetur, quod intelligo non de ea immobilitate; quæ vniuersæ terræ congruit, sed quia non mouetur, scilicet per culturam, id est, non colitur. Terra enim; quæ colitur, benè mouetur. Durat igitur mons vsquè ad locum; quo coli incipiunt penditiæ, igitur appellatione montium nõ continetur, quia ibi terminatur mons, & ita vtimur, nisi certi loci vsus aliter se haberet. Si tamen intra montes essent aliqua culta,

montis appellatione continetur, ſicut pars appellatione totius, vt ff. de rei vendic. l. xxiiij. in rem. §. Quæcunque. Collis autem ab altitudine mediocri dici poteſt: propriè autem collis dicitur à colendo, quaſi mediocres montes; quia coluntur. Ita exponit gloſ. ſcripturæ diuinæ ſuper illo verſic. Pſalmi. Montes exultauerunt, vt arietes, & colles ſicut agni ouium. Sunt enim montes magnę altitudinis, & communiter ſunt inculti. Intelligo autem colles habentes altitudinem propriam, non continuatam cum montibus habentibus maiorem altitudinem. Si enim continuarentur, tunc ſi eſſent culti, dicerentur penditiæ montium, vt dictum eſt: tamen in non nullis partibus locus magnæ altitudinis, licèt cultus, dicitur mons, & locus altitudinis, licèt incultus, dicitur collis. Diſtinguitur ergo mons à colle altitudine, vel cultura, vel eſtimatio-
12 ne circumcolentium, ſimile. ff. de flum. l. 1. §. 1. † Vallis verò dicitur locus montibus, vel collibus circumdatus: à vallo vallas, quod idem eſt, quod circumdare, & eſt locus planus paruę, ſeu medio-
13 cris magnitudinis. Planus † dicitur à πλάτος grecè, quod idem eſt, quod æqualitas ſecundum Papiam, Duo igitur requiruntur. Primò, quòd ſit latus: ſecundò quòd ſint eius partes æquales, ideſt æqualiter planè, ita ꝙ vna aliam non ſuperexcedat. Diſtinguitur
a ergo Vallis † à[a] plano circundatione; poteſt enim planus eſſe non-
14 circumdatus à montibus, vel alia altitudine, & iuxta mare: Vallis autem non dicitur, niſi ab altitudine circumdata. Item differt etiam latitudine, quia ſi ſit locus paruæ latitudinis montibus, vel collibus circumdatus, tunc dicitur vallis: ſi autem eſt magnę latitudinis, tunc dicitur planus, hoc autem ſtat in opinione circumcolentium: Differt etiam qualitate, quia vallis dicitur etiam ſi habet concauitatem, planus autem æqualitatem requirit. Aequali-
15 tas † autem qualis eſſe debeat, dubitari poteſt; puto autem omnimodam partem; quæ vergit: vix enim reperitur locus; qui aliqualiter in aliquam partem nō vergat, ſaltem tamen, vt profluens aqua demonſtrat, ideo dixi ſufficere, quòd non vergat, ſimile. ff. de via pub. & Itin. pub. l. Ediles. in princ. notabiliter autem in vnam partem uergi probabiliter dici poteſt, quando inde aqua profluens multum de terra aufert, ita ꝙ eius vſum, & culturam faciat deteriorem. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. fi. Et arg. de ædil. edict. l. 1. §.

Sed

Sed sciendum: in his autem multum circumcolentium opinio facit.
16 † Fossæ agrorum, & viarum ripæ ipsius plani sunt; loquor autem de plano totali, vt si de plano Tyberis loquatur. Sicut enim fossæ; quæ sunt in fundo, fundi sunt: ita quæ sunt in totali plano, plani sunt l. xxvij. prædia, §. ita legatum, de fund. instruct. Et statuta; quæ loquuntur de his; quę in plano Tyberis committuntur, locum haberent etiam in his; quæ in dictis foueis committuntur, & ripis com-
17 mitti contigeret. † Quid ergo si committeretur in eo loco; quo propter attractionem aqua uersus flumen vergit? an in plano Tyberis dicatur esse commissum? Videtur quòd non, dicta l. penult. ff. de flumin. ex quo à plano vergere incæpit, licèt dictio à, separationem denotet, vt glo. ff. de action. empti. l. iij. datio. §. finali. Ergo ille locus sic vergens est separatus, & distinctus à plano. Respond. si quæratur an talis locus appellatione agri mei contineatur, dicendum est, quòd non per rationem prædictam. Si verò quæritur, an totalis planus Tyberis appellatione contineatur, attendendum est, si quidem fluminis planum vadit, ita quòd ab vtraque parte fluminis planum Tyberis nominetur, quod in dicto loco fieret, in plano fluminis factum esse diceretur. Quinimo etiam quod in ipso flumine fieret, in tali plano sub totali appellatione nominato factũ esse diceretur. Cum enim ipsum flumen aditus, & exitus ab vtraque parte vnius plani appellatione cõtineatur, ergo & ipse fluuius, aliàs flumen per medium dirimeretur, nec esset vnus planus, sed plures plani, arg. ff. de verbor. signif. l. xxv. rectè dicimus. Facit, & est quasi casus; quia quòd fit in aqua putei in ipsa re factum esse videtur, vt ff. Quod vi, aut clam. l. xi. Is qui in puteum, in princ. quòd si in illa parte fluminis essent montes, vel colles, tunc ille locus propter aquæ attractionem vergens, plani appellatione, non continetur, sed vbi planus desinit, & locus ille ripæ fluminis cedit d. l. penul. de flumi. nec etiam ipsum flumen aliunde habet aditum, arg. ff. vti poss. l. iij. si duo. §. sed si supra eas, cum simil.

ADDITIONES.

a ¶AGRI nomine. vide Bal. in Rub. ff. de aquiren. re. domi. & Ang. de Are. in §. præterea quod per alluuionem. Instit. de rerum diuis. Thom.

b ¶HVIVS gratia. De ista materia ponit plenè Do. Fely. in cap. Rodulphus. in

versic. declarantur de rescript. Et vide Alex. de Imol. in cons. xxv. in vij. vol. incip. consideratis his. Thom.

1 *Noster dicitur ager, vt habeat locum alluuio, non solùm respectu dominij, vel quasi: sed etiam iure pignoris, vel vsufructus, vel quouis alio modo.*

2 *Via intermedia agro non impedit ius alluuionis.*

3 *Prædia ciuitatis; quæ coluntur sicut priuata, habent ius alluuionis.*

4 *Additum per alluuionem plat eæ, vel campo; cui acquiratur.*

5 *Additum alluuione loco sacro, vel religioso, vel alicui cœmeterio, ei non acquiritur, & in nullius bonis est, & occupanti conceditur. Locus sacer intermedius impedit ius alluuionis.*

1 Nostro, †Nostrum quidem, quantum ad præsens spectat, ager dicitur, quod siue ad nos pertineat iure dominij, vel quasi, vel iure pignoris, vel vsusfructus, vel quouis alio. Si enim ager ad nos spectat iure dominij, eodem iure alluuio pertinebit, vt hîc. Et idem si quasi dominij, vt. ff. de publicia. in rem act. l. xiij. si ego. §. Idem ait. Idem si pignoris, vt. ff. de pignorat. act. l. xviij. si conuenerit. §. si nuda. de pig. l. xvi. si. fundus. in princi. Item si vsusfructus, vt. ff. de vsufr. l. x. item si fundi. §. 1. Plus est, quòd si fundus ad nos spe quadam spectaret, illo iure ad nos spectaret alluuio, vt. ff. de leg. 1. l. xxiiij. quod in rerum. §. ij. eodem enim iure, quo fundus, censetur. Item, licèt hîc dicat, agro nostro, Instit. eo. §. Præterea. dicit agro tuo. intellige autem, quòd sit alicuius, idest ad aliquem iure priuato pertineat. Si enim
2 esset † iuris publici, vt via, tunc in ea adhæreret, & iuris publici non efficeretur, sed eorum; qui propè viam prædia possident, vt. ff. de acquir. re. domin. l. lxxxviij. Martius, & quod not. Instit. de re-
3 rum diuis. §. ripatum. Quæ autem sunt † prædia ciuitatis, non tamen in vsu publico: sed per ciuitatem coluntur, sicut per priuatum, ea ius alluuionis habent: sunt enim tamquam priuata, vt. ff. de
4 contrahen. emp. l. vi. sed Celsus, in prin. † Quid dices, si alicui campo; in quo fieret forum, vel fortè platea per alluuionem flumen addiderit? Resp. Isti campi plateæ sunt: Platea autem secundum Hug. Et Pap. idem est, quod via ampla, seu via lata: ergo &c. sed via
5 cedit iure publico, non officit, vt dicta l. lxxxviij. Martius. † Quid

autem

autem si alicui loco sacro, vel religioso flumen adiecerit, vel alicui cœmeterio, vel loco aliter consecrato? Resp. ei non acquiritur, non enim est ager noster, sed in nullius bonis est, vt. ff. de rer. diui. l. 1. Nec potest dici, quòd acquiratur ei; qui ab alia parte loci sacri prædia possidet: locus enim sacer medius impedit acquisitionem, licèt via non impediret, vt. ff. de aqua plu. arcen. l. xvij. si prius. §. sed loco sacro; Et de serui. l. xiiii. seruitus. §. finali. Non enim potest dici, quòd locus sacer ita dicatur prædij, sicut dicitur de via, d. l. LXXXviij. Martius. Via enim destructa, suppletur à prædio vicino. l. xiiij. si locus. §. fin. ff. quemadmod. seruit. ammit. quod de loco sacro non reperitur. Puto autem, quòd talis alluuio in nullius bonis sit, sed occupanti conceditur, sicut in alluuione; quæ agris limitatis, accedit, vt. ff. de flu. l. 1. §. si Insula. Et §. seq.

ADDITIO.

a Thom. D. ¶ Nostrum, Nota quòd si arbor tua ui fluminis delata in agrum meum se coaluit cum terra, an efficitur mea, & an poteris agere contra me ad estimationem arboris, vide plenè per Paulum de Castro in l. hoc amplius. §. de his autem, & ibi Alexand. in secundo nota. ff. de dam infec.

1 *Flumen publicum dicitur, quod perpetuò currit: Quæ autem in hyeme currunt, & non æstate, priuata sunt.*

2 *Flumen priuatum nihil tribuit per alluuionem adiicere tamen potest.*

3 *Torrentia, seu fossata agrorum cur priuata sunt.*

4 *Fossata posita in confinio duorum prædiorum communia sunt.*

5 *Fossatum existens prope finem prædij; de quo apparent instrumenta antiqua; in quibus possessores emerunt prædia à latere, intelligatur esse eorum; qui prædia à latere possident.*

6 *Alluuionis ius an locum habeat in riuis.*

7 *Fluminis ripa; quæ erat iuxta prædium, si corruit, ita vt flumen alueum mutet, alueus acquiritur prædio.*

8 *Stagna, & lacus si priuata sunt, non habent ius alluuionis: secus si publica.*

Flumen, De Flumine publico loquor, & ista declarabimus, vt patet in ea parte legis; quam in tertio librò declarabimus; per quam exprimitur, quod loquitur de flumine; quod est iuris publici. Probatur: flumina

1 † publica sunt; quæ perpetua sunt, vt. ff. de flum. l. 1. §. fluminum. Et ideo glo. Instit. de re. diuis. §. flumen. super tex. qui dicit, quòd flumina omnia publica sunt, exponit omnia, ideſt perpetua. vt Padus, & Rhenus. Quædam verò sunt priuata, vt fossata in agro posita; quæ quandoquè currunt, quandoquè non. Ista sunt verba glos. Item Roff. in libellis super interdicto, ne quid in flum. publ. dicit
2 † quòd flumina; quæ in hyeme currunt, & in æstate non, sunt priuata: & benè dicit; ista enim vocantur torrentia, vt. ff. de flum. l. 1. §. Item fluminum. si igitur priuata sunt, per alluuionem nemini possunt aliquid tribuere: Si enim cursum mutant, semper solum remanet eius, cuius primò erat. Quod autem dixi per alluuionem non posse adiicere, intelligas apponendo, ita ꝙ prædium extendatur. Superponendo verò potest adiicere, sicut pinguedo agri superioris adiicitur agro inferiori. l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcen.
3 † Et si quæratur, cuia priuatorum sunt ista fossata, seu torrentia,
a dico hoc facti esse. Potest enim probari, quòd per alicuius prædium aqua prorupit, & fossatum fecit, vel inter prædia plurium aqua iuit: tunc secundum terminos antiquos prædia erunt diuidenda, & alia fossata. Vel si potest probari, qualiter sint ab antiquo possessa. Quòd si (vt sæpè accidit) nullum istorum, vel aliud sufficiens possit probari, tunc puto illorum esse; qui prope ab vtraq; parte prædia possident, cuiuslibet vsq; ad medium, arg. eius, quod dicitur de Insula, & alueo dimisso. ff. de acqui. re. dom. l. vij. adeo. §. Insula. & §. quod si toto, & quod etiam in secundo, & tertio lib. huius expressum esse comperies. ff. de aqua plu. arc. l. ij. §. præterea, vbi textus dicit, si in confinio fossa sit: glo. exponit in confinio scilicèt duorum fundorum, & sic erat communis fouea, Et sic infert,
4 quòd eo ipso; † quod est in confinio prædiorum, est commune. Quod etiam expressius declarat ibi text. dum dicit, eam partem; quæ tibi accedat; Et sic expressè innuit, quòd eis; qui ab vtraq; parte possident prædia, accedunt. Quod intelligo, nisi ea fossata essent in vsu publico, tunc. n. dicerentur publica, vt. ff. ne quid in loco publ. l. ij. §. hoc interdictum. Et est expressum. ff. vt in flum.
5 publ. nauig. lic. l. 1. §. fossa † Sed quid, si reperiantur instrumenta antiqua; in quibus possessores prædiorum à latere emerunt prædium, & prope finem appositum fuit fossatum? Videtur ad eos per-

tinere.

tinere. Ipſa.n. emimus,& non confines; pro quo facit,quòd fundi nihil eſt, niſi quod intra ſe continet, vt.ff.de actio. empt. l. xviij. fundi, in prin. Credo, quòd ſimiliter intelligatur eſſe eorum; qui à latere prædia poſsident, vt ſupra probatum eſt; Nec obſtat, quòd non emuntur fines: quod fateor, ſed tamen poſsibile eſt, q̃ rei venditæ accedãt: ſicut ſi emerem fundum,& acceſsiones,& ponerẽ pro
b fine ripã fluminis,ſicut b etiam ponerem pro fine viam,quò ad quid fundo cedit, vt.ff.de acquir.re.dom.l.lxxxviij.Martius.Nec obſtat d. l. fundi, in prin. Quia illa regula, quòd fundi nihil eſt,niſi quod intra ſe continet, patitur exceptiones per aliàs regulas, vel leges: vt in aquæductu; qui eſt extra prædium, vt. ff. de contrahen.emp. l. xlvij. ſi aquæductus, & in limitibus prædiorum, & in vijs, vt ſupradictum eſt: & in tali foſſato.l.ij.§.præterea,de aqua plu. arcen.
6 † De riuis verò, & alijs nominibus fluuiorum, ſeu quę aquarum curſus ſignificant, quid iuris ſit, & an in eis alluuionis ſit ius,in ſecundo lib. vbi de Inſula tractabimus, dicetur. Quoniam text. in
7 l. 1. ff. de riuis, de hoc ibi facit mentionem. Sed quæro † quid, ſi ripa prędij verſus flumen naturaliter ſe extendit, quia fortè ibi erat lapidicina accreſcens; de qua dicitur. ff. ſol. matr. l. viij. diuortio. §. ſi vir in fundo. Et euidentur videtur Piſis apud montem Piſanum in lapidicinis marmoreis, vel in terræ motu fluminum, vbi ripa errecta corruit, & ipſa iuncta prædio, remanens fluminis in alueo per eum locum ceſſare fecit? Reſpondeo: Puto totum locum domino prædij accedere,ſicut per Alluuionem. Omnes enim iſtæ acceſsiones; quæ diuina natura obueniunt, nullo facto humano interueniente, eiuſdem naturæ ſunt, vt. ff.de vſufructu. l. x. Item ſi fundi.§.primo. Et hoc videtur ſentire Azo in ſumma Inſtit. de re. diuiſ. ſiue. n. flumen prædio meo addat, & propter hoc ab eo ſimpliciter recedat, nil addendo nobis accreſcit, vt. ff. de acquirend. rerum domin. l.lxxxviij. Martius. Hoc autem nil addendo recedit, ſed ab eo recedit naturali impulſu. Iſtud autem incrementum; quod quandoq; ripa naturaliter excreſcente contingit, dici poteſt alluuio: quia latens incrementum eſt: Quando verò ruina, vel terræ motu contingit, poteſt dici incrementum aluei recedentis; de quo dicemus in tertio lib. huius operis, cum enim repente fluit, alluuio non eſt. De lacu verò, & ſtagno dicen

dum est, quòd quando lacus, & stagna sunt priuata, tunc non est dubium, quòd per alluuionem non vni detrahit, nec alio addit: sed locus ille; qui innundatur aqua lacus, vel stagni, etiam inundatus remanet eius; cuius primò erat, vt. ff. de acquir. rerum dom. l. xij. Lacus. Et de aqua pluuia arcen, l.xxiiij. vicinus. §. fin. Quandoq; enim sunt publica, idest Reipub. & ibi nullus piscatur, nisi cui Respub. commiserit, vt in lacu Perusino: tunc idem quod si essent priuata, vt. ff. de contrahen. empt. l. vj. Sed Celsus: Quandoque sunt publica, vt in vsu publico, per eum enim quilibet piscatur ad placitum, tunc addit, & detrahit per alluuionem, sicut flumina publica, vt. ff. de verborum signif. l. cxij. Litus publicum. &. ff. vt in flumin. publ. na. lic. l. i.

ADDITIONES.

a ¶ Et si quæratur. Plures quęstiones de fossatis vide per Fel. in c. Rodulphus, de rescrip. & vide Bart. in l. Prædia. §. si ita legatum, & ibi scripsi in apostil. mea. ff. de fund instr. Thom.

b ¶ Ripam fluminis. Vide plenè per Do. Alex. in consil. xliij. in vj vol. incipien. Omissis argumentis, vbi plenè ponit de doctrina Bart. & est duplicatum in cons. cxx. in sec. vol. Et idem Baldus in Rubr. ff. de rerum diuisione, in vij. colum. in fi. & seq. Thom.

1 *Adiecta dicuntur, quæ ita adijciuntur, vt vniantur.*
Quicquid alluuione adijcitur, & vnitur prædio nostro, nostrum est.
3 *Proiectum per flumem in agrum nostrum, nostrum non est, sed conceditur occupanti.*
3 *Arena adiecta alluuione fundo nostro nostra est.*

1 Adiecit, † Adiecta dicuntur ea; quæ ita adijciuntur, vt vniantur, vt. ff. de rei vendic. l. xxiiij. in rem. §. Item quæcumq;. Vniri autem dicuntur, quando partes inuicem cohærent, apparet enim euidenter id, quod per alluuionem additur alteri prædio cohærere. Si quid autem fit, quod adijciatur, ita quòd cohæreat, siue terra, siue lignum, siue es, nostrum erit. Il-
2 lud autem, † quod per flumen in agrum nostrum proijcitur, quod non cohæret, licèt nullius sit, tamen nostrum non est: Sed occupanti conceditur, vt patet in apibus, & in fauo mellis ab apibus facto, vt ff. de acquir. rerum dom. l. v. Naturalem. §. Apum. Instit. de re. diui.

§. Apum.

§. Apum. Hîc etiam apparet, quòd fundi non eſt, niſi quod in tra ſe continet, ita quòd ſit affixum, vt. ff. de action. empt. l. xviij. fundi.
3 in princip. facit. ff. de acquir. poſſeſſ. l. iij. §. Neratius. † Quid autem dicemus de arena; cuius partes inuicem non coherent, an noſtra efficiatur? Reſpond. cum hæc materia Terrea ſit, nec cuius ſit appareat, cum ipſo fundo confundi dicitur, ſicut dicimus pecunia miſta cum pecunia, vt. ff. de ſolu. l. ſi alieni. Hoc etiam apparet, quòd omnia incrementa fluminum; quæ fiunt per alluuionem ſunt additamenta arenoſa. De iſto igitur iure, vt ſupradixi, ſic ſentio, vt gloſ. ſentit.

Iure gentium. Hoc eſt ius; quo omnes gentes vtuntur, vt. ff. de iuſt. & iur. l. j. §. fi. Competit ergo iſtud ius deportatis, & cæteris, qui iura ciuilia perdiderunt, vt. ff. de pæn. l. xvij. quidam ſunt.

1 *Adiectum alluuione nobis acquiritur ipſo iure abſquè facto hominis.*
2 *Adiectum alluuione agro poſsidetur eo iure; quo poſsidetur ager.*
3 *Alluuio non habet locum in agris limitatis.*
Agri limitati dicuntur agri capti ab hoſtibus, & inter milites diuiſi.
4 *Territorium vnum, ſi princeps diuidit inter plures, dicitur ager limitatus, & non habet ius alluuionibus.*
5 *Territoria diuerſa ſi diuerſi integrè aſsignantur, non dicuntur agri limitati.*
6 *Alluuio non tribuit iuriſdictionem, ſicut tribuit dominium rerum priuatorum, & nu. 9.*
7 *Iuriſdictio eſt iuris publici. Et qualiter ſit iuris publici.*
8 *Iuriſdictio ſi diuidatur flumine, quælibet ciuitas, vel Dominus habet iuriſdictionem in ipſo flumine, vſque ad medium.*

1 **Acquiritur nobis,** † Acquiri nobis intelligo eo iure, quod ager primùm ad nos pertinebat, vt ſupra dictum eſt, cum expoſuimus verbum, noſtro: Et fit acquiſitio ipſo iure gentium abſq; alicuius hominis facto. An autem ſic acquiri dicatur, vt poſsideamus, quod
2 per alluuionem adijcitur, dubitari poteſt. Sed cum hoc, † [a] quod
a adijcitur, pars primi agri ſit, non nouus ager: puto, quòd id, quod

adiectum est, sicut primus ager possidetur, arg. ff. de aquir. possess. l. iij. in princ. In eadem opinione quis videtur esse, vt velit totum fundum possidere, vt. ff. de lega. 1. l. viij. Si ex toto, in princip. & l.
3 xxiiij. quod in rerum. §. pen. † Prædicta autem non habent locum in agris limitatis, vt. ff. de acquir. rerum domin. l. xvj. in agris, &. ff. de flu. l. 1. §. si insula. Quid autem sint agri limitati, ibidem Iurisconsultus explanat, hoc est, ager captus ab hostibus, & diuisus inter milites, vt sciretur quid cuiq; datum esset, quod venisset, & quod in publico relictum esset. d. l. in agris, in fine. Si ergo Princeps vnum integrum territorium vni assignaret, non erit ager limitatus, vt hîc patet, quia non est diuisus. Et hoc vult text. in d. l. in agris. Dum dicit, quòd si ager totus apud rempubl. retinetur,
4 non est ager limitatus. † Sed si vnum Territorium Princeps inter
b plures diuidit, b tunc agri limitati sunt, nec ius alluuionis habent. d. l. in agris, & de flum. l. 1. §. si insula. Ratio huius esse potest quia postquam Princeps limitatè decidit, vult, quòd semper limitatè possideatur, vt semper sciatur quantum habuit beneficio Principis, nec possit dici, quòd habuit beneficio fortunæ. Vel dic, quòd ratio est; quia flumina loco Censitorum habentur, hoc est illorum Officialium; qui propter censum accipiunt de iure vnius, & dant alteri, sicut officiales dicti non possunt mutare concessionem factam per Principem, ita nec flumen, arg. ff. de acquir. rerum domin. l. xxx. Ergo. §. penult. Sed huic rationi contradicit expositio Azon. quam facit in Sum. Inst. de rerum diuis. versic. Nouus autem Alueus, vbi dicit, Flumina habentur loco Censitorum, idest Iudicum, & Principum, vel iuris autoritate. Ideo non habeat ius alluuionis; quia pro illis prædijs non tenentur soluere factiones: Ideo in alio grauantur, vt C. de fun. lim. l. iij. fi. lib. xj. Vel dic non esse rationem quærendam, postquam habemus determinationem. In agris igitur limitatis non habet locum ius alluuio-
5 nis. † Sed quid, si plura Territoria capiantur, & quolibet territorium per se integrum diuersis militibus assignetur? Respondeo non esse agros limitatos, sicut si vni vnum integrum assignetur, vt dictum est, argum. ff. de verb. obligation. l. xxix. scire debemus. ij.
6 respon. † Quæro c si Territorium, & iurisdictiones Ciuitatum, &
c Episcopatum sunt diuisa, & terminata per cursum alicuius flumi-

nis,

nis, an ſicut flumen accipit de iure vnius, & dat alteri iure dominij, ita facit in iure Iuriſdictionis. Et videtur, quòd Iuriſdictiones non mutentur, ſunt enim limitatę à Principe, ergo videntur agri limitati. d. l. xvj. in agris. Et ſic dico, ꝙ hoc non apparet; dicam, quòd iſtæ limitationes ſunt antiquæ, & à tempore; cuius memoria non exiſtit, ergo habentur iure conſtituti per Principem, vt. ff. de aqua quot. & eſti. l. iij. hoc iure. §. ductus aquæ. Et ſic videntur limitati: Sed hæc ratio non eſt ſufficiens. Pone. n. quòd princeps non diuiſit Territoria, vel ſicut diuiſa inuenit, diuiſa ſeruauit, & tunc agri limitati non dicuntur, vt dictum eſt: Vel dicamus, quòd Iuriſdictio non mutatur, quia alluuio in alium ea; quæ ſunt publica, non transfert. argum. l. lxxxviij. Martius. ff. de acquir. rerum domin. Sed huic obſtat quod ſupradictum eſt ſuper verbo, noſtro, quia ea; quæ ſunt publica, hoc eſt, ciuitatis, in vſu publico ius alluuionis habent; cuius gratia videndum eſt, † an iuriſdictiones ſint 7
iuris publici. Et conſtat, quòd ſic, vt. ff. de iuſt. & iur. l. 1. §. Huius ſtudij. ibi, Magiſtratibus, &c. Secundò videndum eſt, qualiter iuriſdictiones ſint iuris publici, an tanquam ea; quæ ſunt in vſu publico, an tanquam ea; quæ ſunt ciuitatis, vt priuatus poſsidet. Ad quod ſciendum eſt, quòd ſicut pater, & filius: Dominus, & ſeruus ſunt correlatiua, ita iuriſdictio eſt quædam relatio dominij in ſubditos: Et ſicut pater habet ius in filium, ita filius contra patrem habet quędam iura petendi alimenta, & ſimilia; ita in iuriſdictione ſubditi habent quoddam ius petendi iuriſdictionem à ſuperiore; & ſi ille denegat, deliquit, & punitur, vt in Authentica, vt differ. iud. §. ſi tamen. & ff. & C. de magi. conueni. cum ſim. & iſtud eſt iuris publici, tanquam ea; quæ ſunt in vſu publico. Quilibet enim poteſt à magiſtratu iuſtitiam petere, vt dicta l. prima. §. Huius ſtudij. de iuſtitia, & iure. Alio modo conſideratur iuriſdictio, prout eſt in ipſo Magiſtratu, Ciuitate, Comite, vel Barone, & iſto modo iuriſdictio eſt iuris publici, eo modo; quo ſunt ea; quę ciuitas poſsidet, vt priuatus, quod patet, quia non quilibet de ciuitate vtitur, ſed ſolùm cui Reſpubl. permiſerit, & ea; quæ inde percipiantur, vt mulctæ, pęnæ, banna, & ſimilia ipſius ciuitatis, vel dominij ſunt tanquam priuata, vt. ff. ne quid in loco pu-
8 blic. l. ij. §. Hoc interdictum, ſecundo. Item videndum eſt, † earum

iurisdictio competat cuilibet ciuitati, vel Domino, & in ipso flumine vsque ad medium ipsius fluminis terminantis. Et respondeo, quòd sic: quia omnia; quæ sunt in confinio, sunt communia eorum; qui ab vtraq; parte possident, vt l. xix. arbor. ff. communi diuid. & de acqua plu. arcend. l. ij. §. Præterea. Et de acquir. rerum dom. l. vij. adeo. §. fin. Et sic de omni eo, quod commiscetur in ipso flumine, quilibet habet iurisdictionem vsq; ad medium
9 fluminis. †His præmissis in quæstione propositа, cum in ipso flumine, & solo ipsius ciuitatis domino, vel alterius loci domino, vel Episcopo competit ius Iurisdictionis, tanquam ius priuatum, & sic
* tanquàm ad hoc flumen est priuati iuris, * dicendum est indubitanter, quòd per alluuionem, hoc est per additionem; quæ fiat à flumine, non adijcitur, vel detrahitur iurisdictioni, sicut supradictum est de lacu, vt. ff. de contrahen. empt. l. lxix. Rutilia polla. de aqua plu. arcen. l. xxiiij. Viemus. §. fi. de acquir. rerum domin. l. xij. lacus. argum. ff. de aqua quotid. & estiu. l. iij. hoc iure. §. si aquam. Sed facilis est solutio, si benè inspiciatur.

ADDITIONES.

a ¶ SED cum hoc. De dictis per Bart. hîc vide plenè per Alex. in l. 1. in prin. ff. de acquir. pos. & dom. Ias. in l. iij. incip. possideri. de acquir. poss. Tho. Dip.

b ¶ DIVIDIT. Vide Alexand. plenè in l. Cætera, in prin. ff. de leg. 1. Vbi plenè examinat doct. Bart. hîc, & vide Bart. Soci. in consil. clxxxj. incip. Visis capitulis. Thom.

c ¶ QVAERO si territorium. Adde Barthol. Veronen. in suo tract. de seruit. in Rubr. de flum. priuato. Et Io. de Platea. in l. fi. in fin. C. de fun. limitroph. lib. xj. Et apostil. Franc. de Curte. in lib. 1. in Addit. Alex. incip. confertur. ff. de iurisd. omnium iud. & plenè in consil. lxvj. Thom.

* ¶ DICENDVM. Addetu, quòd contra hanc opinionem Bart. quam tenet Baldus in Rubr. ff. de rerum diuis. vers. sed vlterius quæritur, & in c. 1. §. si quis de manso. de controuer. inuestit. Et Ang. Ant. & Io. Fab. in §. Præterea, Instit. de rerum diuis. consuluit do. meus Barthol. Socin. in consilio; quod incipit. Dominus labia mea aperiat, Et spiritus sanctus illuminet intellectum meum, presens consultatio pulchra est, & subtilis; in qua eleganter, & subtiliter, quod non habetur in impressis, & ita consuluit collegium Papiense, quod consilium est inter consilia Fran. Curtij cons. lvj. Et etiam Ludou. Bolognin. in consil. xiij. & latum consilium. Vide etiam per Corneum consilio cclxxvij. vol. iij.

1 *Intelligere non comprehenditur per visum.*

2 *Teſtis deponens per verbum intellexit, non probat, niſi exponatur, ideſt vidit.*

3 *Alluuio probatur per teſtes deponentes, quòd viderunt minutatim incrementum allatum.*

4 *Confines reperti fracti in domo præſumuntur fracti ab eo; qui remanſit ad cuſtodiam.*

5 *Factum in conſilio præſumitur relatum ab eo ſolo; qui exiuit.*

Per alluuionem autem id vi-

detur adijci; quod ita paulatim adijcitur, vt intelligere non poſsimus, quantum quoquo momento temporis adijciatur. Iſta verba ſunt legis vij. Adeo. §. Præterea, verſic. per alluuionem. ff. de acquir. rerum domin. Super verbo, momento temporis gloſ. in verbo. momento temporis ſic ait. Nam & ſi tota die figas intuitum, imbecillitas viſus tam ſubtilia incrementa perpendere non poteſt, vt in cucurbita oſtendi poteſt: Vnde dicitur latens incrementum, vt Inſtit. eod. §. Præterea. Iſta ſunt verba Azo. in ſumma Inſtit. de rerum diuiſ. verſic. per alluuionem.

1 Et aduertendum eſt, † quòd illud; quod tex. dat intelligere, gloſ. intelligit, id eſt per viſum comprehendi non poteſt, & meritò. Vt enim naturales dicunt, vna eſt virtus intellectiua; quæ intelligit, & hæc eadem in homine, mediante organo oculorum videt, & per aurem audit, & ſic de ſimilibus: Hæc autem expoſitio licèt verbis legiſlatoris congrua ſit: in dicto alicuius teſtis congrua non eſſet; qui de eo debet deponere, quod ſimpliciter ſenſu corporis percipit, vt. ff. de teſta. l. xx. qui teſtamento. §. fin. C. de teſtibus. l. xiiij. teſtium, & not. per Inno. extra de teſt. c. in nomine, & in c. cum

2 cauſam. † Si igitur diceret teſtis aliquid eſſe, quod ſic fieri intellexit, non probaret, niſi exponeretur intellexit, ideſt vidit, quia potuit per alium modum ad hunc intellectum peruenire; de quo mo

3 do interrogetur. Sed hîc meritò occurrit dubitatio. † Si. n. hæc alluuio non poteſt per ſenſum corporis comprehendi: Ergo quid ſit alluuio per teſtes non poterit probari. Dico autem, quòd benè poteſt videri, quòd flumen addit, ſed non quantum quoquo momento, ſicut in puero excreſcenti videmus. Dico etiam, quòd ex diuiſione loci poſt incrementum allatum poteſt videri, & per vi-

sum comprehendi, quod per alluuionem est factum. Expositione enim facta de terra addita, hoc manifeste per omne comprehenditur, quod minuitatim factum est: & quod à flumine factum est, quod per alium fieri impossibile esset: Vnde puto testem probare; qui diceret, quòd ipse vidit minutatim incrementum allatum, & vidit, quòd est alluuio addita à flumine minutatim. Idem puto in quacunque materia contingere, vt si sit factum aliquid; quod nisi ab vno fieri poterit, quòd apta sit probatio illum fecisse.

5 † Quid enim si per certam horam vnus ad domus custodiam sit dimissus, constatq; nullùm alium ingressum esse, & confines; qui clausi dimissi erant, fracti reperiantur? procul dubio ille; qui re-

6 mansit, fecit. † Et quid, si plures erant in consilio super arduis constituti, & constat neminem exiuisse, vel cum alio locutum fuisse, vno excepto, & reperitur negotium esse scitum, & propalatum? tunc procul dubio ab illo solo exeunte de consilio, vel cum alio loquente factum est, cum ab alio fieri sit impossibile, sicut hîc impossibile est ab alio additum, quàm à flumine.

1 *Vis in singulari pro potentia, pro violentia, item pro necessitate, & etiam pro potestate ponitur.*

2 *Vires in plurali denotant effectum, seu efficaciam, & potentiam corporis.*

Quòd si vis fluminis,

Hîc tractare incipit de incremento non per alluuionem, hoc est, non paulatim, & latenter: Sed manifestè, & palam. Ait ergo vis fluminis, ideſt potentia fluminis.

1 † Multa enim significat hæc dictio vis. Quandoq; ponitur per potentia, vt hîc; & in vulgari dicimus, talis homo habet magnam vim, hoc est magnam potentiam, quod non intelligitur de corporali: sed de ea; quam contingit ex multitudine amicorum, vel subditorum, vel diuitiarum. Quandoquè pro violentia, vt. ff. de eo, quod metus causa. l. ij. & l. xiij. extat. n. cum simil. Quandoq; pro necessitate, vt. ff. de statu homi. l. iiij. libertas, & quod notat. ibi, nisi vi &c. Et dicimus in vulgari, ego facio hoc vi, ideſt necessitate cogente. facit. C. de rescin. vend. l. xij. non idcirco minus. Item accipitur pro potestate, vt. ff. de tutel. l. 1. in princ. & Instit.

de

de tut. in prin. Et istis casibus declinatur tantum in singulari per
2 omnes casus, plurali non vtitur. † Reperitur tamen vires in plurali, & istud non habet singulare, & interdum ponitur pro effectu, seu efficacia, vt ista stipulatio habet vires, vt. ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. §. Hi, qui. in fin. Ponitur etiam vires, idest virtutes, vt ait Cato. Herbarum vires, &c. Ponitur etiam pro potentia corporis, vt ille homo habet magnas vires. Reperitur etiam istud aduerbium vix; cuius significatio ponitur. ff. de iudic. l. liij. vix, & ad Velleia. l. xix. tutor, cum similibus.

Partem aliquam de tuo prædio detraxerit,

Vt igitur hæc pars locum habeat, oportet constare, quòd pars illa; quam flumen prædio meo applicuit, ex tuo prædio fuerit. Si verò cuius fuerit, ignoretur, tunc statim quod terræ meæ applicaretur, meum esset, vt supra in principio dictum est, & etiam super verbo, adiecit.

1 *Applicare idem est, quod apponere.*
2 *Adijcere fundo dicitur quod inuisibiliter fit, applicare quod visibiliter, & palàm.*
3 *Crusta agri tui; quæ applicatur prædio meo, quando posit à te vendicari.*
4 *Crusta agri tui applicata prædio meo, & ita quòd inseparabiliter vniatur, efficitur mea.*

Et prædio meo attulerit, &c.

Instit. de rerum diuisione. §. Quòd si vis: vbi idem est textus, & di-
1 citur, † applicauerit, quod exponit gloss. in d. §. Quòd si vis, in verbo appulerit, idest apposuerit, & subijcit, puta crustam terræ fortè vineatæ, & arboratæ. Ita dicit gloss. secundum hoc differt hæc pars à præcedenti, quia ibi adiecit à latere, hîc suppositi: licèt hoc in se verum sit, tamen non puto curandum: siue enim à latere, siue super fundo talem crustam posuerit, idem iuris est.
2 † Differt ergo, quòd in præcedenti parte adiecit inuisibiliter; hîc

verò visibiliter,& palam. Quid autem sit hoc; quod dicit appulerit, seu applicuerit, aduertendum est. Potest autem hoc esse sine vnione rei, quæ applicatur. Dicimus enim nauem ad portum applicasse, vel applicuisse, non tamen vnitur portui. Et sic hoc
3 modo † crusta agri tui; quæ prædio meo applicatur, sine dubio tua manet, vt hîc,& à te poterit vendicari, vt ff. de dam.infec.l.ix.
4 hoc amplius.§.primo. † Quandoque crusta agri tui meo prædio applicatur aliqua leui vnione, vel quòd potest de facili reparari, & tunc idem. Ideo dicit textus, palam est tuam rem permanere, vt hîc. Rarò enim terra potest apponi super terram, quin aliqualis applicatio, & vnio fiat: Et ideo hæc lex notabiliter requirit, quòd arbores radices emmiserint,vt infra videbimus,quando crusta agri tui meo prædio applicatur, ita quòd inseperabiliter vnitur, tunc prædij mei efficitur, vt infra dicetur.

1 *Crusta applicata fundo meo, intra quantum tempus dicatur vnita cum meo, & mihi acquisita.*

2 *Impositum fundo meo, fundo meo acquiritur, & additum per alluuionem mihi acquiritur.*

3 *Arbor mea imposita tuo fundo, etiam si ibi coaluerit, petitur actione in factum.*

4 *Crusta applicata fundo meo, postquam fuerit vnita vendicari non potest.*

Arbor antequam coaluerit vendicatur à Domino.

Crusta antequam sit vnita, potest agi contra Dominum, vel vt illam tollat, vel vt illam pro derelicto habeat.

Planè si longiori tẽpore, &c.

Eandem materiam prosequitur, quando ab initio crusta in meum agrum, vel fundum translata est sine vnione. Si enim ab initio fuerit vnita, vt multum cum terra agri mei vnita sit, ita quòd nec discerni, nec separari potest, aliàs possessio mea non esset, vt d.l.ix hoc amplius. §. 1. de damn. infec. Sed quando ab initio sic vnita non esset, tunc ex post facto fieri potest vnio, & vniri potest; quod
1 si fiat, tunc efficitur mea. † Hoc autem qualiter fiat, vnum exemplum ponitur, si longiori tempore fundo meo hæserit, quod vt hîc

in gloss.

in gloss. 1. in verbo, longiore tempore, dicitur, quidam exponebant x. vel xx. an. quod gloss. reprehendit. Sufficit enim quod tanto tempore stet, quòd coalescat arbor in terra, vel si fortè crusta non habeat arbores, sufficit si tãto tempore steterit, & si ibi arbores essent, coaluissent, ex cursu enim tanti temporis præsumitur facta vnio terræ, & hæc est mens huius literæ. Puto etiam, quòd si intra modicum tempus illa crusta propter pluuiam sit dirupta, & cum terra agri mei vnita sit; quòd statim sit effecta mea. arg. ff. de glan. legend. l. 1. & d. l. ix. hoc amplius. §. 1. Ex eo enim tempore;
2 quo cum terra vnitur, fundo meo dicitur acquisita. † Et aduertendum est, quòd supra in acquisitione; quæ fit per alluuionem, dictum est, quòd acquiritur nobis: hîc verò dicitur, quòd acquiritur fundo, quod verum est; pro vt hîc gloss. intelligit, quia loquitur de eo; quod supponitur, quòd ipsi fundo acquiritur. Illud verò, quod fundo adijcitur, potest domini destinatione possideri, vt fundus separatus à primo, & sic magis personæ, quàm rei dicitur acquiri. Sed intelligendo, quòd hîc etiam per extensum non est ius, quòd siue acquiratur nobis, siue fundo nostro idem est, ab initio enim fundo acquiritur, licèt possumus postea seperatim possi-
3 dere destinatione nostra. † Cum autem arbor coaluerit, an vendicari possit, glo. tenet, quòd possit peti actione in factum: Et
4 hæc de arbore. † Ipsa autem terra postquam vnita est, peti non potest. d. l. ix. hoc amplius. §. ita demum. de damno infecto: Antequàm autem coaluerit, ipse dominus potest vendicare, dum tamen de damno infecto caueat, vt d. l. ix. hoc amplius. §. fin. Ego autem, in cuius præiudicium delata est crusta, possum agere contra dominum, vt ipsam tollat, vel pro derelicto habeat, vt l. vij. Prætor ait. §. fin. ff. de damn. infecto. Postquam verò vnita est, hoc facere non possum, vt dicta lege ix. hoc amplius. §. Alfenus, vers. Sed nec ego.

Ad figuras nunc veniamus.

PROPOSITIONES, ET FIGVRATAE DEMONSTRATIONES PRO ALLVVIONVM DIVISIONIBVS.

QVIA circa diuisiones, eorum quæ per alluuionem adijciuntur, quæstiones plures vidi, quarum doctrinam dare impossibilæ arbitror, nisi res inspectione oculorum inspiciatur: Ideo figuras ad oculum demonstrantes inserui; per quas illa sola docere intendo; quæ communiter ignorantur, & in hoc vtar aliquibus conclusionibus geometricis: Nec hoc quis arbitretur incongruum, quia omnis scientia ancillatur huic: Est enim Architectica de alijs cunctis disponens, vt dicit Arist. 1. Ethicorum. Sciendum est igitur, quòd inter eos; qui ex vna parte fluminis prædia possident, id quod per alluuionem adijcitur, vel quoquomodo, scilicet dimittendo Insulam, vel Alueum, commune est pro diuiso pro modo latitudinis; quæ latitudo propè ripam sit, vt in. l. vij. Adeo. §. Insula: Hoc autem fit ducendo lineam per directum, per illam partem, quæ adiecta est per alluuionem, seu per Insulam dimittendo Alueum.

PRAEMISSVM I. FIGVRA. I.

AD ostendendum igitur, quæ sit linea recta per directum ducta, facta est ista figura. Sed an linea sit recta, quæro tribus modis. Primò, an linea sit recta secundum se, & de hoc in figura. Secundò, an linea sit recta respectu alterius lineæ; supra quam cadit. Tertiò, an linea sit recta respectu alterius puncti; qui est in angulo duarum linearum; idest an rectè secet angulum per medium: De quolibet videamus. De primo dico, quòd linea recta secundum se, est ab vno puncto ad alium breuissima extensio, vt patet in prima linea supra posita; vbi sunt

duo puncti a. b. Nam si extendatur prima linea ab vno puncto ad alium; illa linea erit recta, & si vnum filum tangens illos duos punctos extenderetur in infinitum; tota linea erit recta, vt patet ad sensum, & figura demonstrat. Item sciendum est, quòd si fieret aliqua linea super duos punctos æquidistantes à primis, vt c. d. æquè erit linea recta: Et si in infinitum illæ duæ lineæ extenderentur, nequaquàm iungerentur, vt ex figura patet ad sensum. Sed si fierent duo puncti, non æquè distantes à primis, sed vnus esset magis propinquus primę lineæ, alius magis remotus, vt est e. & f. Tunc protrahendo li



neam, linea non est recta secundùm se, vt pcedens: nam punctus e. est magis remotus à linea c. d. quàm punctus. f. & tandem protrahendo illas duas lineas, necesse est eas simul iungi: Si verò secundus punctus esset remotus, vt in linea g. h. (constat enim, q punctus g. est magis propinquus pręcedenti lineæ, & punctus h. est magis remotus) tunc quantò magis istæ duæ lineæ extenduntur, magis elongantur, vt patet ad sensum. Et prædicta sunt multum notoria in geometria, vt patet primo lib. Euclidis.

PRAEMISSVM II. FIG. II.

HAEc figura facta est ad ostendendum quomodo posita vna linea recta super aliquo puncto ipsius lineę alia linea recta perpendiculariter, & rectè cadat; quod cognoscitur, quia quando supervnam lineam rectam alia rectè, & perpendiculariter cadit, tunc vterq; angulus rectus erit. Sed si non caderet rectè,

& perpendiculariter, tunc vnus angulus erit acutus, alius apertus erit, & latus, quasi obtusum ostendat: Exemplum primi dicti. Sit posita linea a b. & in ea ponatur punctus d. super illo ducatur perpendiculariter linea c. d. tunc vterq; angulus erit rectus & æqualis. Exemplum secũdi dicti. Sit posita linea e f. punctus in ea. g. positus, super illo ducatur linea non rectè, neq; perpendiculariter. vt si flectatur versus punctum f. & sit linea g. h. Tunc angulus est acutus in illa parte; qua flectetur, & ab alia parte erit obtusus. Sed dubitatur, si ponatur



linea k l. & in ea punctus m. & ducatur super illam lineam linea m, n. quæ in nullam partem flectatur, & tamen in aspectu non videatur linea recta, quid erit? Respondeo verè est linea recta prima k l. & alia m, n. super ea rectè cadit, si consideretur secundùm se, non autem si consideretur respectu quadraturæ istius cartæ; super qua describitur: sed ad istud nullus est habendus respectus, sed solùm ad lineam positam, & ad illam; quæ supra eam ducitur, & hoc est vtile scire ad multa; quæ infra dicentur.

PRAEMISSVM III.

PROBLEMA I. FIG. III.

VIA in diuisione; de qua tractaturi sumus, sæpè accidit diuisiones fieri per medium: Ideo ad hoc docendum, & demonstrandum facta est ista figura. Ponatur ergo linea recta a b. quam volumus diuidere per medium, ita quòd in ipso libro possit cuique demonstrari. Primò ponam pedem circini in puncto a. & describam circulum vltra medium lineæ, vt ostendit circulus ru-

beus

beus C E D, deinde ponam pedem circini in puncto b. & supra eum faciam circulum æqualem primo, vt ostendit circulus azureus c F d. qui duo circuli se se proscindunt in duobus locis, c, & D, vt apparet. Ducam igitur lineam rectam ab vno dictorum punctorum, vbi circuli se proscindunt, ad alium, vt ostendit linea c d. Dico ꝙ hæc linea diuidit lineam a b. datam per medium, vt apparet, & probatur sic. Si ab æqualibus æqualia adimas, ea, quę remanent, sunt ęqualia; vt dicit Euclides. Sed æqualis distantia est à puncto a. vsq; ad circunferentiam C E D circuli rubei, qualis est à puncto b. ad circunferentiam C F D, circuli azurei, & per lineam c d. æqualiter adimitur ab vtraq; parte hæc distantia: Ergo patet, quòd illud; quod remanet de linea a b. ab vtraque parte, est æquale, videlicet A F, ad B E, Et sic linea c d. eam secat per medium. Item ex prædicta figura apparet alia demonstratio: videlicet ꝙ si inter a b, non esset linea ducta, sed esset spatium;



quod inter duo puncta A. & B. debet diuidi iure proximitatis: quòd dicta linea c d. diuidit dictum spatium directò per medium, ita ꝙ quicquid est supra, est magis propinquum a. & quicquid est infra, est magis propinquum b. etiam si linea c d. extendatur in infinitum. Apparet etiam ex dicta figura alia demonstratio, videlicet quòd supra vnam lineam, vel basim rectam duæ lineæ circulorum æqualium se proscindunt, & à puncto vbi se proscindunt, si ducatur linea ad punctum; qui est in medio dictæ lineæ, vel basis, illa linea perpendiculariter cadit, & facit angulũ rectum ab vtraq; parte, vt patet ad oculum, & probatur ex præcedentibus. Quòd si dicta linea diuidit spatium per medium, apparet, quòd non flectitur versus aliquam partium, &

sic

ſic facit angulum rectum ab vtraque parte. Et iſta ſunt multum neceſſaria ad cognitionem ſequentium.

PRAEMISSVM IIII. } FIG. IIII.
PROBLEMA II. }

FIGVRA iſta eſt facta ad oſtendendum qualiter poſita vna linea recta, & puncto in ea poſito, ſupra illum punctum alia linea recta, & perpendiculariter ducatur, ſicut ex his, quę poſita ſunt, de neceſsitate concluditur. Sit igitur linea poſita a b. & in ea poſitus punctus c. ſupra quem volo aliam lineam directam perpendiculariter ducere, faciam igitur ab vtraque parte illius puncti. C. duos punctos d. e. æquè diſtantes, deinde aſſumam duas æquales lineas cum duabus virgulis, vel cordulis, & vnam ponam ſuper puncto d. aliam ſuper puncto e, & ambas coniungam per modum Trianguli in puncto f. Poſtea ducam lineam à puncto c. poſito



vſque ad punctum f. Dico igitur, ꝙ illa linea rectè, atq; perpendiculariter cadit ſupra lineam datam in puncto dato, vt hîc oculus oſtendit, quia facit angulum rectum ab vtraq; parte, & ꝓbatur in lib. Euclidis. Vel breuius ſic. Data ſit linea g h. in ea ponatur punctus. l. ſupra quem volo rectè, & perpendiculariter lineam ducere: faciam duos punctos æquè diſtantes à puncto dato, vt k. m. deinde ponam pedem circini in puncto k. & extendam vſq; ad punctum m. Et voluam illum verſus partem; quam volo illam lineam ducere. Deinde ponam pedem circini in puncto m. & extendam vſq; ad punctum k. & ſimili modo voluam; ſequitur, ꝙ illæ lineæ circulares ſe inuicem ſeca-

bunt

bunt in puncto n. Dico igitur, quòd si à puncto l, dato ducatur linea ad punctum n. perpendiculariter, & rectè cadit supra dictum punctum l, eadem ratione, qua supra probatum est in præcedenti figura. Quandoquidem supra vnam basim rectam duæ lineæ circulorum æqualium se proscindunt, & à pũcto vbi se proscindũt ducitur linea ad punctũ, qui est in medio basis, & super illos duos punctos linea in infinitum producta, semper rectè cadit, vt patet ex his, quæ dixi supra in prima figura. Hoc etiam patet ex his, quæ dicta sunt, quia dicta linea cadens ab vtraquè parte facit angulum rectum.

PRAEMISSVM V. FIG. V.

IGVRA ista est facta ad designandum casum tertium, quod in prima fuit quæsitum, scilicèt si ponatur vnus punctus in angulo duarum linearum, & supra illũ velim ducere lineam rectam, seu perpendiculariter, qualiter fiat, quod docet hæc figura. Ponantur ergo duę lineæ, scilicet a b. & b c. quæ conueniunt in vno puncto B. & ibi faciant angulum, cuiuscunque conditionis sit ille angulus, & super illum punctum volo ducere lineam rectam: Faciam igitur ab vtraq; parte anguli b, in illis lineis punctum, scilicet d, & e, & ductis lineis d f, & e f, æqualibus eo modo; quo supra, & se tangen-

tibus in puncto f. Dico, q; si ducatur linea à puncto f, vsq; ad punctũ b, quòd illa linea rectè, & perpendiculariter cadit super b. quod patet, quia si ducatur alia linea recta à puncto d, ad punctum e, illa secatur per medium, & ibi sunt quatuor anguli recti, vt probatur in

lib.

lib. Euclidis. Propterea in ipso angulo b. sunt duo anguli æquales. Vel si vis aliter probare,& operari, ponas duas lineas g h, & h i, quæ conueniant in puncto h, supra quem vis ducere lineam rectam, faciam ab vtraque parte in illis lineis punctum k. & m. æquidistantem à puncto h. Deinde ponam pedem circini in puncto k. & alium extendam vsque ad n. & voluam supra, versus illam partem; super quam volo ducere lineam, deinde ponam pedem circini in puncto m; & alium extendam vsque ad punctum k, & voluam simili modo. Tunc illæ duæ lineæ circulares se proscindunt in puncto n. Ducatur ergo linea recta à puncto h, vsque ad punctum n, Dico,quòd illa rectè, & perpendiculatur cadit supra punctum h, eadem ratione; qua præcedens: Et si ducatur alia linea recta à puncto k, vsque ad punctum m. illa secatur per medium per lineam n h, & erunt ibi quatuor anguli recti: & in puncto h, similiter fiunt duo anguli æquales. His præmissis ad euidentiam, nunc ad propositum veniamus, ponendo ripas, prædia, & alluuiones.

PROPOSITIO I. FIG. VI.

AD euidentiam dicendorum præmitto, quòd flumen disegnabitur per colorem azureum, & caput fluminis erit ab illa parte;à qua erit caput alicuius animalis,& versus illam partem fluent prædiorum ripę per colorem nigrum: Illud,quod est medium inter prædia,& flumen, intelligatur alluuio, seu per alluuionem. Item lineæ rubeæ factæ sunt illæ; quæ verè diuidunt alluuionem. Lineæ flauæ, siue croceæ factæ sunt causa demonstrationis, vel disputationis:& si quandoque fieret aliqua linea azurea,in ipsa figura declarabitur ad quem finem fiat. Nunc ad præsentem figuram veniamus,& aduertendum est, quòd linea, quæ est ripa omnium prædiorum,est recta omni rectitudine. Item duo prædia paria habent confinia directa, adeo quòd linea diuidens prædia, cadit directè in lineam ripæ; quod patet, quia ab vtraque parte facit angulum rectum. In istis duolus prædijs diuisio est clara, quia protrahitur linea directò per alluuionem vsq; ad flumen,vt ostendit linea rubea m n o. & illa linea est directa respectu ripæ, & directè coniungitur cum ripa

diuidente

diuidente prædia. Videndum est de ripa, quæ est inter prędia Titij, & prædia Seij, & inter prędia Seij, & prædia Meuij, in illis est dubium: Nam lineæ diuidentes prædia, licêt sint directæ in se, non tamen cadunt directè in illam lineam; quæ est ripa, vt patet, quia ab vna perficiunt angulum acutum, ab alia obtusum. Si igitur ducerem per alluuionem lineam secundum rectitudinem lineæ, non iret vsque ad flumen, sed iungeretur in puncto a. Vt ostendunt lineæ zalę A E, & A F, & sic prædium Seij; quod est maioris latitudinis iuxta ripam, haberet minus de alluuione, nec protenderetur vsque ad flumen. Dicendum est ergo, quòd lineæ confinium diuidentes confi-



nia, nullatenus attendendæ sunt: Quoniam in dicta lege adeo. §. Insula. in fine. ff. de acquir. rer. dom. dicitur pro modo latitudinis; quę latitudo propè ripam sit. Si ergo fiat diuisio consideretur linea, quæ est ripa, & consideretur linea, vbi cadit linea diuidens confinia, & ibi assumatur vnus punctus E, indiuisibilis, vt ostendunt lineæ nigræ, & ab vtraq; parte illius puncti, fiant duo puncti æquè distantes b. c. & ponatur pes circini in puncto b, & extendatur ad punctum c. & voluatur versus alluuionem: & postea ponatur in puncto c, & extendatur ad punctum b, & simili modo versus alluuionem, quæ duæ lineæ reuolutæ se proscindent in puncto d. Deinde ducatur linea recta à puncto e, vsq; ad punctum d, & protrahatur vsq; ad flumen, vt ostendit linea rubea D E; Dico igitur, quòd illa rectè cadit supra lineam; quæ est ripa, vt probatum est supra in tertia figura, & est recta à puncto d, vsq; ad lineam assumptam, & quantuncunq; vltra protrahetur, recta erit, vt dictum est supra in prima figura. Et si-

milis diuiſio eſt inter Seium, & Meuium, vt lineæ ductæ oſtendunt.

PROPOSITIO II. FIG. VII.

HAEC figura habet lineam ripæ vniformem; & cum tractetur de alluuionis diuiſione, omnes ruſtici protrahunt lineam ſecundum quòd oſtendit linea flaua A B C, ducta ſecundum rectitudinem lineæ diuidentis prædia: Sed hanc diuiſionem ruſticorum non eſſe bonam apparet, quia linea debet duci recta ſecundum rectitudinem lineæ ripæ, vt ex precedentibus liquet, & ſecundum illam non eſt recta, ꝙ apparet, quia linea flaua



ducta A B C, verſus caput fluminis facit angulum obtuſum E B C, & verſus pedem facit angulum acutum C B F, quod repugnat lineę, quæ dicitur recta. Facienda eſt ergo diuiſio alluuionis, prout oſtendit linea rubea B D, ducta ſupra lineam ripæ, quæ ab vtraq; parte facit angulum rectum, & ſic ipſa rectè cadit perpendiculariter, vt ſupra demonſtratum eſt. Et ſi dicatur, quòd ripæ linea non eſt recta, reſpondeo, imò eſt recta ſecundum ſe, quod conſiderandum eſt: non autem vadit ſecundum rectitudinem lineæ prędiorum; quæ eſt ab alia parte, quod aduertendum non eſt.

PROPOSITIO III. FIG. VIII.

ISTA figura differt à præcedentibus, nam præcedentes habent lineam rectam: hæc verò habet duas lineas in vno puncto; quæ faciunt angulum obtuſum, ſcilicet in illo puncto A, vbi ſunt fines inter Lucium, & Titium. Dico igitur, quòd

ad

ad diuidendum alluuionem inter dicta duo prædia, debet duci linea, vt oſtendit linea rubea A B, ducta vſque ad lineam azuream C D, & quòd linea A B, cadat rectè, probatur; quia factis duobus punctis E, F, æquè diſtantibus, & duabus lineis circularibus E G, F H, ductis ſuper eis, vt oſtendunt lineæ croceæ, & ab illo puncto I vbi ſe interſecant vſq; ad punctum A, datum, ducta linea A I B,



illa linea cadit perpendiculariter. vt demonſtratum eſt ſupra in quarta figura. Hoc etiam probatur ratione propinquitatis, vt dicetur in ſequenti figura. Illud verò, quod eſt ſupra lineam C D, azuream, debet diuidi, ac ſi ripa eſſet recta, vt illa linea azurea C D, oſtendit; Nam quod iuris eſt in eo, quod prædio primo adijcitur, idem eſt in eo, quod ipſi addito adijcitur, vt. ff. de acquir. rer. dom. l. Inſula. Sed ſi ab initio ripa habuiſſet illam rectitudinem, illo modo facta fuiſſet diuiſio, vt ſupra in ſexta figura. Hoc in ſequenti figura rectius, & clarius demonſtrabitur.

PROPOSITIO IIII. FIG. IX.

AD euidentiam iſtius figuræ præmitto, quòd flumen addit quandoq; ita, quòd ripæ ſunt ab vtraq; parte eius ſicut facit flumen per alluuionem poſitum, & tunc illud dimiſſum debet eſſe commune inter eos, qui ſunt ab vtraq; parte propinqui, vt. ff. de acquir. rer. dom. l. adeo. §. Inſula, & §. quòd ſi toto: Quandoq; illud, quod dimittitur, habet ripam tantum ab vna parte,

& tunc debet diuidi inter eos, qui ab eadem parte prædia possident per lineam indirectum ductam, vt. ff. de aquir. rer. dom. l. inter eos, vt supra dictum est. Et aduertendum, quòd licèt iura loquantur; quando ripa est ab vtraque parte fluminis, eadem tamen ratio est, quum ab vno latere fluminis sint duæ ripæ, inter quas contineatur relicta alluuio. Hoc præmisso, dico quòd hæc figura habet duas lineas rectas, scilicet a b, & b c, quæ faciunt vnum angulum in puncto b. Dico igitur, quòd alluuio dimissa inter dictas duas lineas habet latera ab vtraq; parte, ideò debet diuidi iure propinquitatis: Illud verò, quod est vltra duas lineas, quomodo apparet ex se, du-



cta linea à puncto a, ad punctum c. habet solum ripam ab vna parte, & ideo debet diuidi per directum. Ducatur ergo supra punctum b. linea rubea recta b, d, quam apparet esse directam ex quinta figura. Tunc dico, quòd quicquid est supra dictam lineam b, d, versus caput fluminis, est prædij Lucij iure propinquitatis, quod sic probatur. Ponatur punctus e, in dicta linea rubea b d, & supra illum fiat circulus k, l, m, rubeus; qui punctualiter tangat ripam Titij. Dico, quòd ille circulus æqualiter tangit ripam Titij, & Lucij, & sic illa linea est in medio directè: Deinde infra dictam lineã fiat punctus f, & super eum voluatur circulus rubeus N O P, qui punctualiter tangat. ripam Titij c b. dico, quòd ille circulus non tangit ripam Lucij, ergo ab illa magis distat. Et eodem modo supra dictam lineam rubeam fiat punctus g, & super eum describatur alius circulus rubeus Q R S. qui punctualiter tangat ripam Lucij b a. Dico q̃ non tangit ripam Titij c b: ergo ab illa magis distat: Et sic conclu-

ditur

ditur quòd diuiſio eſt rectè facta. Illud verò; quod eſt ſupra lineam croceam a c. debet diuidi ac ſi tota linea eſſet quædam ripa recta, quod probatur ſic. Quod iuris eſt in eo, quod primo prædio adijcitur, idem iuris eſt in eo, quod ipſi addito adijcitur, vt. ff. de acquir. rer. domin. l. Inſula: Sed ſi ab initio ripa habuiſſet illam rectitudinem, facta fuiſſet diuiſio per lineam d h, vt dictum eſt ſupra in ſexta figura.

PROPOSITIO V. FIG. X.

IN hac figura ſunt duæ lineæ rectæ, ſcilicet a b. & b c. quæ in puncto b. faciunt angulum A B C. Verumtamen linea a b. eſt minor quàm linea b c. Et in hoc differt à præcedenti. Dico igitur ducendam eſſe lineam rectam à puncto a, vſque ad puntum c. vt oſtendit linea crocea A C. Et quicquid eſt intra dictas lineas procul dubio habet ripas ab vtraque parte, & ideo debet diuidi iure proximitatis, vt patet ex præcedentibus. Et ideo du-



catur linea rubea à puncto b. vſque ad lineam a c, croceam in puncto d, diuidens per medium. Illud verò; quod à linea crocea a c, ſupra eſt, habet ripam tantum ab vno latere, & per illam rectitudinem; quam oſtendit linea crocea a c. Et ideo debet diuidi ducendo lineam rectam rubeam à puncto d, vſque ad lineam azuream E c; in puncto e. Illud verò, quod eſt à linea azurea e c; debet diuidi ducendo lineam rectam ſuper illam azuream, ſicut ſi ibi eſſet ripa, & hoc per illam rationem, quod additum addito eſt diuidendum, ſi-

cut

cut additum antiquo prædio, vt dictum est in præcedentibus: Et prædicta vera sunt, si proponatur quæstio sic simpliciter, & per quem modum alluuio accesserit, sit incertum. Si verò constaret, quòd primò addiderit alluuio certam partem, postea aliam, tunc declarabitur in sequenti figura.

PROPOSITIO VI. FIG. XI.

STA figura facta est ad declarandum illud, quod dictum est in precedenti: si enim poneretur simpliciter totam alluuionem esse dimissam; qualiter fienda sit diuisio, apparet ex dictis in tribus præcedentibus figuris. Sed pone flumen primò per alluuionem dimisisse illam partem, quæ continetur intra lineam rubeam a d g, ductam supra prædium Titij, & Lucij: dico ꝙ tota illa alluuio esset Lucij, & Titij; quorum prædijs adhęret, & Caius nihil haberet facere ibi. Secunda verò alluuio diuidetur, po-



nendo alluuionem primam prò ripa, & sic inter ipsam, & prædium Caij ducetur linea A E, per medium secans ex doctrina data in precedenti. Sed opponitur, quòd de alluuione prima debeatur prædio Caij, nam inter prædia Lucij, Titij, & Caij, sunt duæ lineæ, quæ faciũt angulum in pũcto a. & sic pars alluuionis habet duo latera a e, & a d, vt ostendit linea crocea b c. Ergo illa debet diuidi iure propinquitatis, vt dictum est: Sed pars illius alluuionis est magis propinqua prædio Caij; quod patet, quia si super puncto lineæ A D G, alluuionis primæ posito in linea rubea A D. secata per lineam B C. cro-

ceam

ceam, vt in puncto d. fiat circulus; qui tangat punctualiter prædium Titij tantum; occupabit partem de prædio Caij, vt ostendit circulus azureus A F G. Respondeo, hoc, quod alicui accreuerat iure propinquitatis, habet locum, quando illud; de quo acquirendo ageretur, neutrius fundo cohęreret, vt Insula, quando vni cohęret, & alio non, semper illi cedit, cui cohęret, nec attenditur proximitas alterius, vt. ff. de acquir. rerum domin. l. Insula, in princip.

PROPOSITIO VII. FIG. XII.

IGVRA ista facta est, vt ostendatur quòd prædia quædam possunt esse; quibus de alluuione non debetur vsq; ad flumen, sed ante intermoritur; Vt si alluuio contineatur inter duas lineas, scilicet a b, & b c; quæ faciunt angulum in puncto b. qui angulus cadit quasi in medio prædij Titij. Primò ergo fiat linea rubea diuidens per mediũ, vt linea b F. vt probatum est supra in octaua figura. Ex quo patet, quòd quicquid est ab ea linea supra versus caput fluminis, cedit illi ripæ a b. & quicquid est ab



illa linea infra versus finem fluminis, cedit illi ripæ b c. & hoc ratione propinquitatis, vt dictum est; Nec prædium Titij habet diuidere superiori vicino, & inferiori. At si bene respicias, punctus diuidens prædia cadit in lineis rectis secundum se, ergo debet diuidi ducendo lineam rectam super eam, vt ostensum est supra in septima figura, sicut ostendit linea e f. & linea g f. Et sic in puncto f. portio contingens agrum Titij finitur, & intermoritur: Si enim transiret vltra, vel

si linea torqueretur, nec iret recta, vt si volueres lineam e f. versus caput fluminis, vel si transiret vltra b d f. dares primæ ripæ plusquam deberes iure proximitatis; quod iura prohibent, quamquàm ponatur per alluuionem sic simpliciter accreuisse. Sed si poneres, quòd primo accreuisset in totum triangulum g b e. prędij Titij vsq; ad lineam croceam e g. tunc deberet fieri diuisio, vt in seq. figura.

PROPOSITIO VIII. FIG. XIII.

HAEc figura differt à præcedenti: nam hîc ripa continetur tribus lineis, scilicet a b. & b c. & c d. & habet duos angulos, scilicet in puncto b. & in puncto c. tota igitur hæc alluuio debet diuidi iure propinquitatis, quia tota continetur intra plura latera. Primò igitur ducatur linea rubea secans per medium super angulum b. & sit linea b e. deinde ducatur linea per medium diuidens super angulum c. & erit linea c f. quæ duæ lineæ secabunt se in puncto g. Dico ergo, quòd portio alluuionis pertinens ad agrum Titij in dicto puncto g. finitur; quia si fieret circulus



super punctο g. vtranq; lineam punctualiter tangeret: ergo ille est punctus; in quo propinquitas vtriusq; terminatur: Si verò excederes, & velles facere circulum prętер punctum g, tunc vni partium accederet, & ab alia elongaretur; quod ergo est intra illud triangulum b g c. pertinet ad prædium Titij iure propinquitatis: quod patet, quia intra illud triangulum ponitur centrum vnius circuli in puncto h. qui punctualiter tangens ripam Titij, nullam aliam ri-

pam

pam tangit. Inter Lucium, & Caium reliquum alluuionis diuidi debet per lineam directò ductam vsq; ad flumen. Et hęc sufficiant de ripa; quæ habet lineam, vel lineas rectas. Restat videre de ripa; quæ habet lineam circularem.

THEOREMA I. FIG. XIV.

AD euidentiam earum; quæ dicenda sunt de figura circulari, sciendum est, quòd circulus est figura plana, vna quidem linea contenta, quæ circumferentia nominatur; in cuius medio punctus est; à quo omnes lineæ ad circumferentiam exeuntes sunt sibi inuicem æquales, vt dicit Euclides. In hac namq; figura centrum est in puncto a, & omnes quatuor lineæ inde exeuntes sunt sibi inuicem æquales, & si plures ducerentur idem esset. Item apparet, quòd omnes lineæ prædictæ in centro faciunt angulum. Item præmitto, quòd totum illud, quod est in circulo intra aliquas lineas duas, est magis propinquum illi parti circumferentiæ, quæ in punctis



duarum linearum terminatur. Verbi gratia assumas partem circumferentiæ b c. & duc lineas rectas ad centrum, & faciunt triangulum b a c. dico, quòd quicquid est intra illum triangulum, est magis propinquum illi parti circumferentiæ b c. quàm alicui alij, quod patet ad sensum, & potest probari. Nam ponatur centrum f. in aliqua parte intra dictum triangulum, & supra illum ducatur circulus azureus g h i; qui tangat punctualiter in g. dictam partem circumferentię b c. Dico, quòd nullam aliam partem circumferentię tanget,

ergo illi est magis propinquum: Et idem dicendum est de eo; qui continetur intra illum triangulum b a e. Et intra illum triangulum e a d. & supra illum triangulum c a d. vt euidenter apparet.

PROBLEMA IIII. FIG. XV.

VIA in præcedenti dictum est, quòd lineæ ducendæ sunt à centro ad circumferentiam, & quandoq; ignoratur, vbi sit centrum, & ideo expedit, quòd ducatur linea à circumferentia versus centrum, vel quòd centrum inueniatur: Ideo facta est hæc figura; quæ duos habet circulos, & sic fieri docet hoc duobus modis. Primò sic, sit exemplum, quòd apponatur in circumferentia vnus punctus b. & ab vtraq; parte eiusdem accipiantur puncti duo alij æquè distantes c. d. deinde ducatur linea recta c d. & istius lineæ inueniatur medium in puncto e. deinde ducatur linea recta



b e. dico quòd de necessitate ista vadit directè supra centrum, scilicet punctum a. vt probatur in principio tertij libri Euclidis. Hoc etiam patet, quia item in alia parte circumferentię ponitur punctus f. & ab vtraq; parte duo puncti æquè distantes g. h. deinde inueniatur medium dictæ lineæ G H. in puncto i. deinde ducatur linea recta f i. dico, quòd ista de necessitatè vadit versus centrum, & si vltra protendantur linea b c. & linea f i. secabunt se in puncto a. vbi est centrum. Concluditur ergo, quòd ibi, vbi dictæ lineæ se secant, de necessitate est centrum. Hoc etiam fieri alio modo ad idem tendenti docet secundus circulus. Ponatur enim, quòd sit circuli centrum, qui

non

non videtur in puncto a. ponaturq; in circumferentia punctus b, & ab vtraq; parte eiusdem duo alij puncti æquè distantes c. d. deinde ponatur pes circini in puncto c. & extendatur vsq; ad punctum d. & voluatur supra, & infra circinus: Eodem modo ponatur pes circini in puncto d. & extendatur vsq; ad punctum c. & sic illæ duæ lineæ circulares ductæ se secabunt extra circulum in puncto e, & intra in puncto f. Ducatur igitur linea c f. dico, quòd illa de necessitate vadit versus cētrum: Et eodem modo si in alia parte circuli idem fiat, vt si ponatur in circumferentia punctus g. & ab vtraq; parte duo puncti æquè distantes h. i. deinde voluatur circinus supra h. & supra i. vt in præcedenti dictum est, & sic dictæ lineæ se secabuut in puncto k. & in puncto m. Ducatur ergo linea k m. recta, tunc illa ducit ad centrum, & sic in illo puncto, vbi se secabunt linea e f. & linea k m. ibi erit centrum A. His præmissis ad euidentiam, dico, quòd prædiorum ripa; quæ habet lineam circularem, quandoq; habet se, vt continens, quia intra circulum dimissa est alluuio: quandoq; habet se, vt contentum, quia alluuio continet circularem ripam: si primo modo, tunc aut ripa continens lineam circularem continet minus, aut plus semicirculo, totum aūt circulum continere non potest, quia sic flumen nō haberet exitum, & hæc in figuris proximis declarabuntur.

PROPOSITIO IX. FIG. XVI.

SI hæc figura inspiciatur, tota continetur vna ripa; quæ est minus semicirculo, & ab ipsa ripa alluuio est contenta: Et omne contentum est minus continente, vnde de alluuione non potest dari tantum, quantum est ripa. Item licèt sit vna linea, tamen quia est rotonda, habet duo latera se respicientia, ideo id, quod continetur intra ipsam; debet diuidi iure propinquitatis, vt in præcedentibus demonstratum est. In quolibet ergo puncto, vbi fines prædij terminantur, necesse est, vt ducas lineam, quæ respiciat centrum secundum antecedentem figuram. Quo facto certum est, quòd illud, quod intra duas lineas continetur, illi parti propinquior est, vt supra próbatum est in xiv. figura. Et quia duplex est modus operandi ducendæ lineæ versus centrum, vt supra in

proxima figura dixi, ideò hîc in tribus ripis ter operaberis, ducendo lineam rubeam B C, & D E, & F G, vſq; ad flumen. Et ad hoc,



vt reddaris certus, quòd illæ lineæ reſpiciant rectè centrum, reperiatur illud vltra flumen in puncto A, vt lineæ croceæ A C, A E, A G, ductæ poſt rubeas oſtendunt.

PROPOSITIO X. FIG. XVII.

IGVRA hæc differt à præcedenti: quia illic alluuio non exceſsit continentiam ripæ rotundæ, hîc verò exceſsit, vnde illud; quod continetur intra ipſam ripam, debet diuidi eo modo; quo dictum eſt in præcedenti: id verò; quod eſt ſupra lineam azuream a b. ductam à puncto a. vſq; ad punctum b.



diuidatur, ac ſi ibi eſſet ripa recta, vt lineæ rectæ C D, & E F, oſten

dunt,

dunt, & in præcedentibus pluries est probatum.

PROPOSITIO XI. FIG. XVIII.

IGVRA ista continet semicirculum, quod apparet, quia linea recta transiens supra cẽtrum applicat extremitates suas ad vtranq; partem circumferentiæ, vt patet ex linea azurea c d. supra centrum a. & diffinitur sic. Semicirculus est figura plana diametro circuli, & medietate circumferentiæ contenta, vt habetur in 1. lib. Euclidis. In hac igitur figura dico, quòd omnia prædia media; quę continentur intra ipsum semicirculum, habebunt de alluuione pro rata vsq; ad centrum, supra illud nil possunt habere: Ratio est, quia in illo centro portio eorum terminatur in



puncto; qui punctus est terminus illius latitudinis: Nam punctus est; cuius pars non est, sed supra illud punctum à linea quadam directa, vt ostendit linea azurea c d. debet fieri diuisio pro modo latitudinis cuiusq; prædij, vt dicit text. in l. inter eos. ff. de acquir. rer. dom. Sed latirudo illa est supra illud punctum a, quod pertinebat ad prędia media scilicet Titij, & Caij, vt dictum est, ergo &c. Quicquid igitur est supra illud centrum A. pertinet ad prædia, quę sunt in extremitatibus; scilicet ad prædia Lucij, & Seij, & ducetur in eos linea perpendiculariter directa supra illud centrum, vt ostenditur per lineam a B. rubeam: Et prædicta, si sic simpliciter ponatur lineam ripæ esse circularem, & alluuionem sic simpliciter accreuisse. Ima-

ginandum

ginandum est enim, quòd sic circulariter accreuerit, vt ostendunt duæ lineæ croceæ, C D, & E F, & sic circulariter ductæ supra idem centrũ a. quæ duæ lineæ sunt positæ extra eam: & eodem modo intelligo accreuisse vsq; ad centrum a. Sin autem poneres, quòd in vna parte alluuio appulerit, postea in alia, tunc qualiter facienda esset diuisio, patet ex prædictis in decima figura.

PROPOSITIO XII. FIG. XIX.

IGVRA ista est plus semicirculo; quod patet, quia si ducatur linea ab vna parte circumferentiæ ad aliam, centrum; quod est in puncto a. remanet in illa linea: dicendum est igitur, quòd omnia prædia media, scilicet Titij, & Caij, secari debent pro rata, iure proximitatis, vsq; ad centrum, vt dictum est in præcedenti. A' centro verò supra debet esse eorum prædiorum; quæ sunt ab vtraque parte extremitatis, scilicet prædiorum Lucij, & Meuij, vt lineæ rubeæ a D, a E, a F, ductæ ostendunt. Quòd au



tem linea a g, rubea; quæ est supra centrum, vadat per medium inter Lucium, & Meuium, potest de facili inueniri; tamen, vt in hac figura probetur, factæ sunt ibi lineæ croceæ; quæ hoc ostendant sic. Ponatur pes circini in puncto b, & extendatur verisimiliter vltra medium, & ducatur circulariter. Deinde ponatur pes circini in puncto c. & similiter extendatur, & ducatur, & consideretur vbi illæ duæ lineę se præscindent, & ab illis punctis ducatur linea a G, recta, de ne-

cessitate

ceſſitate illa ſecat per medium.

PROPOSITIO XIII. FIG. XX.

HAEc figura differt ab omnibus præcedentibus, nam in illis aliquæ continentur ab vna linea recta, aliquæ à pluribus lineis rectis; aliquæ à linea vna circulari: iſta verò continetur à tribus lineis; quarum duæ ſunt circulares, vt a b, quæ eſt prima: c d. quæ eſt vltima; alia media b c. dico ergo primò, quòd ducta linea recta crocea a b. totum intra illam lineam, & antiquam ripam contentum, eſt prædij Lucij, & de illo ad Titium nil pertinet, nec iure propinquitatis, nec iure adhærentium, vt patet ad ſenſum:



Et eodem modo ducta alia linea crocea recta c d. illud totum pertinebit ad Caium; ad Titium verò nihil eadem ratione. Quo facto, remaneret figura à tribus lineis rectis b E, b c, c F, contenta, & ſic qualiter diuiſio debeat fieri, apparet ex xiij. figura ſuprapoſita: & hoc oſtendunt lineæ rubeæ B E, C F, ductæ. Illud etiam notandum eſt vniuerſaliter, quòd concauitates; quæ ſunt in ripa vnius prædij, ſi ſunt ita irregulares, quòd in prędictas figuras non cadant, debent reduci ad regularitatem, & rectitudinem, vt in hac figura factum eſt: Nam portus; qui ſunt in Inſula, ipſius Inſulæ eſſe dicuntur, vt. ff. de publican. l.xv. Cæſar. Portus autem eſt quidam locus concluſus, ſeu quædam concauitas, quæ eſt in ripa, vt. ff. de verb. ſignif. l. lix. portus appellatus; ita concauitates; quæ ſunt in ripa prædij, debent eſſe ipſius prædij. Hęc de figuris irregularibus dicta ſint, vt ſi quando

reperiantur

reperiantur, ad regularitatem ducantur; quæ figuræ irregulares sunt infinitę, nec de eis potest dari doctrina, nisi reducantur ad figuras regulares. Præterea quędam dicta sunt de linea recta; quæ declarant quæstionem occurrentem de facto inter dominos molindinorum superiorum, & dominos molendinorum inferiorum: Erat namq; pactum, quòd clausura molendini superioris non posset eleuari altius, nisi ad certum clauum immissum in quadam columna existente ab vna parte fluminis versus litus ipsius fluminis; accidit verò, quòd ab alia parte fluminis nulla columna reperiebatur, neq; aliquis clauus, nisi solum ab illa parte; de qua actum fuit inter dominos molendinorum; Quærebatur quantum ab alia parte fluminis; de qua nihil actum erat, dominus inferioris molendini posset, vel debeat altius eleuare clausuram, dubium erat: quia cum tantum vnus punctus detur; â quo linea debet duci; scilicet ille clauus; qui est in columna solùm ab vna parte fluminis, ab alia verò parte fluminis non



fit punctus, videtur quòd ab alia parte fluminis, vbi columna non fuit immissa, neq; clauus, posset altius eleuare clausuram dominus molendini inferioris, & aquam ducere in quacumq; parte vult: Patet, cum ab alia parte non sit positum aliquid; quod declaret quantum flumen ducatur in altum, vel clausura, non poterat dari ibi aliqua comparatio, arg. l. xxvij. in testamento quidam scripserat. ff. de cond. & demon. Sed respondetur, ꝙ illa verba, quæ dicunt, ꝙ clausura non posset eleuari altius illo clauo, debent intelligi de tota clausura, arg. ff. de seru. vrban. præd. l. xxij. si seruitus imposita. Et sic debet intelligi, prout ille clauus respicit totam longitudinem, & latitu-

dinem

dinem clauſurę per directum linea tranſducta : arg.C. de ædif.priua. l.1. & d.l.xxix.inter eos. de aquir. rer. dom. Qualiter autem linea directa tranſducatur, apparebit, ſi ex illo clauo extendatur cordula verſus aliam partem ripę; deinde ſuper illam cordulam plumbum, ſeu perpendiculum ponatur: Et ſi quidem cordula plumbi cum illa corda à clauo ducta facit angulos omnes rectos, ad modum rectę crucis, linea eſt rectè ducta: Si verò anguli eſſent aliqui acuti, & aliqui obtuſi, tunc linea, aut eſſet nimis erecta, vel nimis depreſſa, vt patet ex his; quæ dicta ſunt ſupra in ſecunda figura. Item faciunt prędicta in argumentum ad aliud; quod ſepè occurrit de facto, maxime in inſtrumentis diuiſionum, vt ſepè apponitur, quòd vnus habeat à tali loco ad talem, prout trahit per directum: de quorum verborum ſignificatione, quandoq; videtur dubitari. Dico igitur quòd quandoq; in inſtrumento apponitur totus locus, per quem debet duci extenſio latitudinis; quandoque ponuntur extremitates limitatæ, quandoq; ponitur vna extremitas limitata, alia verò obſcura. Primi caſus exemplum, dicit inſtrumentum, quòd quicquid eſt à tali via, a vel à tali flumine citra, ſecundum quod protrahitur a per directum, ſit primi; quod verò eſt vltra, ſit ſecundi: Et hoc, quod dixi per directum, debet intelligi prout via, vel flumen vadit: & licèt non vadat rectè, tamen rectum appellatur ſecundum quod verſus eſt directus, vt. ff. de excuſatio. tuto. l.xij.non ſolum.§. annus autē, ibi, viam rectam dirigens, &c. Secundi caſus exemplum, ſi dicatur à tali termino vſq; ad talem, prout trahit per directum, ſit talis uiri: tunc verum eſt, quod rectitudo eſt ab vno puncto ad alium extenſio, vt dictum eſt in prima figura. Tertij caſus exemplum eſt, quòd talis primus habeat à tali termino, prout trahit per directum: nam licèt terminus ipſe ſit rectus, & punctualis, vt partes declarant, tamen ad nullas partes duci poteſt linea recta, niſi ſecundum, quòd terminus eſt altus, vel procliuus, latus, vel ſtrictus, acutus, vel planatus, rotundus in modum columnæ, vel quadratus. Et ad hoc dico, quòd lapides; qui ponuntur pro termino, conſueuerunt poni taliter, ꝙ in certam partem videntur reſpicere, vt ſi lapis eſt longus, non enim debet reſpicere à lateribus, ſed per directum à parte anteriori acuta: & ita vidi ruſticos antiquos dicentes; quibus eſt ſtandum in iſtis, vt. ff. de leg. iij. l. lxxvij. ſi chorus. iuncto c. quia iudicante. extra de prębeſcri.

Ex qualitate ergo termini hoc perpendetur: vel si qualitas term in hoc non induceret, tunc esset aduertendum, quòd si terminus ille esset prope aliquam sepem, vel limites, quòd ab illis limitibus ducatur linea recta: hoc est, quòd angulum rectum dimittat in ripa; quod qualiter fiat in superioribus clarè declaratum est. Consulo tamen, quòd qui talia instrumenta componunt, curent clarius exponere; & hæc de linea recta: ea verò; quæ dicta sunt de linea rotunda, faciunt argumentum, imò determinant quæstionem notabilem de facto emergentem, prout in sequenti figura declarabitur.

ADDITIO.

a q Per directum. Vide Fel. in c. olim. de excep. vbi plenè. Thom.

PROPOSITIO XV. FIG. XXI.

IGVRA ista dirimit quæstionem magnam occurrentem de facto. Statuto cauebatur, quòd qui per vim damnificauerat alium de re valoris decem florenorum auri, deberet morte puniri. Contingit quòd quidam ad domum alterius accessit, & vegetem vino plenam per vim effudit, & vegetem destruxit: Sola vna doga A. remansit, & de bonitate vini erat certum, sed de quantitate erat dubium; hoc est quantæ capacitatis esset veges. Dico, quòd ex his; quæ dicta sunt supra in xv. figura, hoc poterit clarè haberi hoc modo. Signetur illa rotunditas e d. illius doghæ A. in terra, vel in tabula, vt ostendit linea nigra a b. Constat enim, q illa est pars rotunditatis totius vegetis; super illam partem fiant si-



gna

gna ad inueniendum centrum, vt in illa xv. figura dictum est; & ducantur duæ lineæ; quæ se prescindant; plenè constat; quòd centrum est in puncto c. Deinde pone pedem circini immobilem in puncto ipso c. & extende alium vsq; ad lineam a b. & perficias circulum: vt ostendit circulus a b d. rubeus ductus: Dico, ꝙ de necessitate illa erit rotunditas vegetis. Sic igitur habens longitudinem ex doga remanente, & rotunditatem ex circulo, quilibet communis Geometra sciret dicere capacitatem: At si veges in medio esset largior, de facili ad æqualitatem reducitur per mensores communis, vel demonstratoris, vt videbis breuius in sequenti figura.

PROPOSITIO XVI. FIG. XXII.

STA figura facta est ad demonstrandum idem, quod præcedens, sed breuius. Constat enim quòd doga vegetis habet duas lineas circulares, scilicet interiorem, & exteriorem, & interior est minor, & quælibet respicit cētrum vnum. Item doga vegetis habet duas lineas rectas, scilicet ab extremitate exteriori vsq; ad extremitatem interiorem. Sed duo puncti exteriores illarum linearum magis distant ad inuicem, quàm duo interiores: & ideo si dictæ duæ lineæ protrahantur, necessarium est iungi, vt dictum est



in prima figura. Sic ergo grosities vnius doghę, vel duarum satis est, vt ostendunr lineæ a b. b c. ab exteriori circulo vsq; ad interiorem: Deinde ducantur rectæ lineæ doghæ ab vtraq; parte, & iungantur se in puncto d. ipse enim d. est centrum circuli interioris, & exterioris. voluas ergo circulariter, & habebis grositiem vegetis.

TRACTATVS DE FLVMINIBVS DOMINI BARTOLI De Saxoferrato;

in cuius

SECVNDA HAC PARTE

de Fluuiaticarum Insularum diuisione modus edocetur, nunc demum ab

HERCVLE BVTTRIGARIO

SACRAE LATERANENSIS AVLAE EQVITE

Aurato à mendis innumerabilibus, tum iniuria temporis, tum impressorum incuria illum obtenebrantibus,

Summo studio, ac labore expurgatus, ad pristinumq; suum simpliciſsimum decus, & nitorem restitutus in lucem prodit.

POST tractatum de alluuione supereſt, vt de Insula [a] videamus; de qua sic ait lex. Insula, quę in mari nascitur (quod rarò accidit) occupantis fit, nullius .n. esse creditur: At in flumine nata (quod frequenter accidit) si quidem mediam partem fluminis tenet, communis fit eorum, qui ab vtraq; parte flu-

a

minis

minis prope ripam prædia posident pro modo latitudinis cuiusq; prædij; quæ latitudo prope ripam sit: Quòd si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab vna parte prope ripam posident prædia. Quòd si ex uno latere proruperit flumen, & alia parte nouo riuo fluere cęperit, deinde infrà nou⁹ iste riuus in ueterem se conuerterit, ager; qui à duobus riuis comprehensus, in formam Insulæ redactus est, eius est, scilicet cuius, & fuit. Hæc verba sunt ff. de acquirendo rerum dominio. l. vij. Adeo. §. Insula. Idem habetur modica verborum mutatione facta, Instit. de re. diuis. §. Insula. legis ergo verba singula discutiamus.

ADDITIO.

a ¶ De Insula, Dicit Feli. in c. Rodulphus de rescri. quòd Bart. hîc plenè po nit de Insula, tamen vide Bal. in Rubr. ff. de re. diuis. in versic. nunc videamus de Insula, vbi ponit etiam plenè de Insula; quòd alia est naturalis, quæ semper fuit, vt Corfica, & Sardinea, & similes; alia casualis, & accidentalis; quæ in flumine semper nascitur; at in mari rarissimè, vt ibi per eum: & ibi ponit, an concedatur occupanti. Et vide Alex. l 1. in princ. ff. de acquir. poss in ver. capio, glo. in verb. mari, & ibi ponit de Insula nata in flumine. Et Bar. Veron. in suo tract. de seruit. rustic. predio. in Rub. de itin. An autem Ciuitas Venetiarum dicatur Insula, dic quòd non, quia non habet sphæram terræ, sed est fundata in alueo maris, & nullus alueus appellatur Insula, vt patet. Instit. de re. diuis. §. Item per alluuionem, & ita in spetie consuluit Bal. in cons. ccccxxix. in iij. volum. incip. quidam emerunt, & vide in cons. sequenti, & sequitur Iason in l. si Insulam. ff. de verb. oblig. Scripsi plenè in meo tract. de Venetæ vrbis libertate, & eiusdem Imperij dignitate, & priuilegijs; Et in priuilegio xxxviij. in responsione. §. Arg. quem dono dedi Serenissimo Princip D. Andreæ Griti, & Excell. consilio x. à quibus Alexand. filius meus dono habuit officium notariatus supra consulum in vita sua Tho. D.

Insula, Insula est locus circundatus aquis; qui cum desinit circundari, desinit esse Insula, vt. ff. de acquir. re. dom. l. lvj. Insula. in fi. vel aliter. Insula dicitur domus in mari, quæ est quasi Insula, dicitur Insula quasi in salo, ideſt in salso po-

sita

sita, secundum Isidorum, Ita notat glos. in verb. Insulam. ff. de verb. oblig. l.lxxxiiij. si Insulam, cum simil.

Quæ in mari, Mare est collectio aquarum multarum salsarum. Proprium enim mare ab amaritudine dicitur, & opportet quòd cum magno contineatur, aliàs enim, licèt mare appelletur, mare non est, sed magis stagnum, vel lacus, vt dicimus de mari Gallileæ, quòd in sacra scriptura mare appellatur, tamen stagnum, siue lacus est, & tunc iuris priuati, vel publici, vt flumen est, vt in prꝫced. lib. dictum est supra in verbo, flumine.

Nascitur, Nasci dicitur, cum primò dicitur apparere.

[a] **Quod rarò accidit,** [a] Rarò accidere dicitur, quod semel, aut bis extitisse memoria est: quod verò plus euenit, frequenter accidisse dicimus, vt. ff. de legib. l.v. nam ad ea, & l.vj. seq. Et hoc in his; quæ aliquem consuetum ordinem in natura non habent, aliàs enim cum minus euenit quàm sit consuetum ordine naturæ, rarò eueniſſe dicimus: si plus ordine consueto, tunc frequenter. Rarò enim pluisse dicimus isto anno, si secundum consuetudinem non pluit, & frequenter, si plus consuetudine: facit. ff. de Aedil. edict. l.xv. quæ bis. Simile est in moribus: quia qui minus consueto more ad forum, vel ad Ecclesiam vadit, rarò ire dicitur: sed si secundum consuetudinem vadit, tunc moderatè accedere, seu fieri dicimus. Facit. ff. de contrahen. emp. l. lxxviij. fistulas. §. fi.

ADDITIO.

[a] ¶ Quòd rarò accidit; Scribit Eusеb. in lib. de temporibus; quòd anno mundi secundo supra quintum millesimum, Olympiade cxlv. iuxta Theram apparuit Insula; quæ vocatur Hiera. Item anno Christi xlvij. Et Olympiade ccvj. inter Theram, & Terasiam exorta est Insula habens stadia xxx. Thom.

Occupantis fit, Occupare dicimus eum; qui Insulam eo animo ingreditur, vt totam occupet, nec est necesse, vt omnes glebas Insulæ circumambulet, vt. ff. de acquir. possess. l. iij. possideri. in princ. Et sit eius iuris dominium per rationem; quæ sequitur.

1 *Iurisdictionem habens in territorio mari cohærenti habet etiam iurisdictionem in mari vsq; ad centum milliaria.*
Insula in mari nata dicitur illius prouinciæ, vel iurisdictionis; cui magis est propinqua.
2 *Insula in mari alto posita propinqua alteri Insulæ dicitur eius iurisdictionis prouinciæ; cuius est illa Insula.*
Insula Sardiniæ dicitur Italiæ.
3 *Insula nata in mari alto, & non propinqua alicui loco, vel Insulæ erit occupantis; quò ad dominium: Et iurisdictionem Imperatoris de iure ciuili; de iure gentium occupantis, etiam quò ad iurisdictionem.*
4 *Insula, vel locus occupanti concessus si à pluribus occupatur, omnes dicuntur occupasse.*
5 *Plures si concurrunt in vnum ad occupandum locum, & quilibet per se vult occupare; cuius erit locus.*
6 *Locus non dicitur occupatus ex aliqua caualcata, seu curreria super loco facta.*
7 *Concesso iure occupandi alicui, si negligat occupare ammittit ius suum.*
8 *Concesso territorio specialiter per Superiorem, quando concessio valeat.*
9 *Territorium an videatur occupatum ab eo; qui in eo cum exercitu stat, vt statim suum fiat.*
10 *Gentes existentes in loco occupato quibus legibus regentur.*
11 *Occupans locum ob delictum habitantium potest illorum bona auffere, & alteri dare.*
12 *Princeps solutus est à legibus, & omnia potest.*

Nullius enim esse creditur, Ex quo sequitur, ergo occupantis fit naturali ratione, vt. ff. de acquir.re. domin. l.iij. posideri. in princip. licèt autem nullius sit iure dominij. † An quò ad iurisdictionem alicuius sit, vt maleficia; quæ ibi committuntur possit punire, & gentibus; quę ad illum locum inhabitandum accederent, possit ius dicere, dubitari potest. Ad quod videndum est, an qui habet iurisdictionem in territorio cohærenti mari, habeat in ipso mari, & vsq; ad quod spacium: Et videtur quòd non; quia mare est commune omnibus. In contra-

rium

rium est veritas, imò sicut præses prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus per terram, vt. ff. de offic. præsid. l. xiij. cõgruit, ita etiam per aquam, vt C. de classic. l. vnic. lib. xj. Et hoc
a apparet quòd etiam in mari a habet iurisdictionem, & in Insulis, quæ sunt in dicto mari, multo magis, Insulæ enim illæ; quæ à prouincia modico spacio distant, illius prouinciæ esse dicimus, vt sunt Insulæ Italiæ, vt. ff. de verb. signif. l. xciv. rationem. §. 1. Modicò autem spacio distare puto, quando distant per centum miliaria: vicinus enim locus dicitur, vt. ff. de damn. infec. l. iiij. dies. §. si tam vicinum; cui conuenit extra de rescript. c. non nulli. vbi dicitur, q̃ inter duas dietas non dicitur locus remotus. Constat
b autem quòd centum miliaria per mare b minus est duabus dietis. Cum igitur sit alterius quò ad iurisdictionem, non potest esse oc-
2 cupantis. Sed † si Insula esset in mari alto, & à qualibet regione distans, tunc videndum esset, an posset dici propinqua alteri Insulæ, vt dicatur nobis vicina, vel propinqua, vt. ff. de acquir. re. dom. l. pæn. §. Paulus, imò eo in genere, & eo tit. l. lvj. Insula, & not. in fi. p Azo. in summa Insti. de re. diuis. Et ideo Insula Sardiniç Italiæ dicitur, licèt ab Italia magno spacio distet, sed est propinqua insulæ Corsicæ; quæ ab Italia modicum distat. Secundùm
3 alios aũt † si nec alicui regioni, nec Insulæ alterius vicina est, tunc
c non possumus dicere, c quòd aliquis in ea habeat iurisdictionem nisi Imperator; qui omnium dominus est l. ix. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iactu. dico igitur, quòd talis insula occupanti conceditur quò ad dominium: Sed si, quò ad iurisdictionem, ibi pro magistratu, vel rectore se gereret absq; Principis iussu, incideret in le gẽ Iulia Maiestatis, vt. ff. ad legem Iul. Maiest. l. iij. lex. in fine, & hoc secundum iura ciuilia, secundum verò iura gentium gens; quæ dictam insulam occuparet, faceret sibi Regem, vt. ff. de iust. & iu. l. v. ex hoc iure, & ille eos manu regia regeret, vt. ff. de orig. iur. l. ij. necessarium. circa princ. & hoc obseruandum esset inter
d eas gentes; d quæ nec iure Romano, nec aliquo iure ciuili vtun-
4 tur. Sed quæro † quid de insulis, & locis alijs; quæ ab aliquibus gentibus habentur, & detinentur, tamen conceduntur occupanti, vt contingit aliquando, vt. C. de hæreti. Noua Const. Si verò dominus temporalis, & x. collat. de sta. & consuet. §. si verò dominus

temporalis

temporalis. Contingit etiam quandoq; ex ſpeciali conceſsione Papæ, vel Principis, vel alterius iuriſdictionem habentis. Reſpon. circa hoc multa videnda ſunt. Primò ſciendum eſt, quòd ſi vna terra à pluribus occupatur, non poteſt dici, quòd quilibet per ſe occupauerit partem: ſed omnes totam ſimul, vt. ff. ad leg. Aquil. l. iij. ita vulneratus, in fi. Et de fur. l. xxj. vulgaris. §. fin. oportet, quòd omnes in vnum occurrant, vt vnus Rex, vel Baro, vel vnus populus, vel plures ſimul ad vnum finem concordent. † Quid ergo ſi plures in vnum concurrunt, & quilibet vult occupare per ſe? quis dicetur occupare? Reſpon. Quandoq; tractatur de occupatione iuris; quæ fit ratione iuris priuati, & ad priuatam vtilitatem: & iſtam materiam poſui in l. ſi pluribus, de leg. primo. Quandoq; tractatur de iure occupandi ad priuatam vtilitatem ratione publici iuris, hoc eſt, quòd omnibus competit, vt in occupatione eorum; quæ in nullius bonis ſunt; de quo dixi in l. quominus. ff. de flu. Sed quando tractatur de iure prę occupandi ad vindictam publicam, & ſic principaliter permittitur propter publicam vtilitatem, licèt cedit ad priuatam vtilitatem occupantis: & iſta eſt materia; in qua leges dicunt, ꝙ ante litem non conteſt. ſi plures veniunt condemnandi, iudicis eſt electio, vt proferat idoniorem. ff. de accu. l. xvj. ſi plures. & de popu. act. l. ij. quæ leges propriè faciunt; Nam popularis actio fit ad publicam vtilitatem principaliter, ſed illud, quod exigitur, fit actoris. l. xij. ſi cui ex empto. ff. de verb. ſignif. ſicut hîc illud, quod occupatur, eſt occupantis ante lit. conteſt. poſt litem verò conteſtatam non admittuntur, d. l. xij. ſi cui. Nunc in propoſito, ſicut in bello ciuili quod fit in iudicio, illud, quod fit ante litem conteſtatam, dicitur præparatorium, per litem conteſtatam incipiunt tractari merita cauſæ, vt. C. de lit. conteſt. l. vnica, & de procur. l. xxiij. nulla. Ita in bello nauali omnia prę paratoria ſunt ante bellum inchoatum. Poſtquam verò quis cum exercitu iuerit ſuper illum; cuius terram vult occupare, dicitur res inchoata. Si ergo plures Domini, vel populi præpararent ſe ad idem, poteſt ſuperior eligere vnum; quem putauerit idoniorem. Iſta enim prę paratoria non faciunt deſinere rem eſſe integram, vt l. v. ſi pecuniam, in princ. ff. de condictio. cau. da. licèt ſit argu-

mentum contra. ff. de pollicitationibus. l. 1. §. cepisse, vbi dicitur, quòd propter præparatoria res desinit esse integra, sed alius est casus ibi. Sed postquam vnus cum exercitu suo iuerit ad occupandum, alius de iure non potest ire; ius enim acquirendi illam terram iam est acquisitum illi eunti, vt l. cxij. litus, de verb. signific. 6 Sed † quid si non iuerit aliquis dominus cum exercitu, sed aliquam caualcatam, seu curreriam fecerit fieri super illam terram, an ex hoc videbitur ius prœoccupatum? Respon. Non. sicut enim per dationem libelli, vel per responsionem ad vnam positionem, vbi de negocio tractatur, aliquid principiari dicitur, neque res dicitur cepta, vt extra de lit. contest. c. 1. Ita per vnam caualcatam, vel curreriam non dicitur res cepta, & prœoccupatio facta; sed cum iuerit cum exercitu; quo poterat terram acquirere, secundum rei exigentiam, quod optimè probatur. ff. de verb. obligat. l. cxxxvij. continuus. §. Item qui insulam: Potest ergo superior re integra concedere vni illud ius occupandi, & hoc plu- 7 ries factum est à Papa. Sed † quid si ille; cui conceditur, negligat occupare, an ab illo iure cadat? Respon. Sic, si sine iusta causa differat: Idem si iuit in exercitu, & cum potest facere, si sine iusta causa recessit, illud ammittit, vt. ff. de damn. infect. l. xv. si finita. §. Item videamus; & §. si quis metu: & prædicta vera, quan- 8 do conceditur ius occupandi. Sed † quid si superior concedit specialiter ipsum territorium? Respon. Si quidem loquatur de concessione facta ab eo; qui legibus non est submissus, tunc si voluit, potuit, & de eius potestate disputandum non est: Quid autem voluerit, ex modo concedendi apparet. Si verò concedens erat submissus legibus, & tunc si quidem concedentis fuerint, possunt concedi, sicut multa, & infinita regna fuerunt concessa; quæ fuerunt populi Romani; & multæ terræ; quæ fuerunt à Christianis Regibus detentæ, & postea occupatæ, tunc illæ possunt concedi. Nam adhuc concedens habet ius priuilegij, vt l. ix. id quod, & l. cvij. ab omnibus. §. 2. de leg. primo. Si verò nunquam fuerint concedentis, sed semper fuerunt hostium, non possunt concedi, vt ff. de verb. oblig. l. ciij. liber homo, & vide quod ibi dixi. Sed 9 † an illud territorium; in quo cum exercitu stat, videatur occupasse, vt statim suum fiat? Resp. Aut cepit aliqua loca; quæ pos-

sunt

sunt retineri, etiam si totum territorium non capiatur forte, vel aliqua castra, vel fortilicia, vel aliquam regionem intra montes, vel intra flumina, & tunc illud suum efficitur: Si verò illud non possit retinere, nisi locum principalem capiat, tunc ille locus, in quo est cum exercitu, non efficitur suus, quia ille sustinendo, vel preliando adhuc liberari potest: Vnde non dicitur ille locus occupatus: argu. ff. de acquir. rer. domin. l. lv. in laqueum.

10 Sed quæro, † an illæ gentes; e quæ sunt in illis locis; qui occue pantur; quibus legibus regentur, an legibus nouis illius Regis, vel populi; qui occupauerit ea: an verò legibus eorum antiquis? Guliel. Cun. hoc tangit. ff. de pignorat. act. l. xviij. si conuenerit §. 1. & arguit, quòd debent regi secundum leges; quæ sunt in regno occupantis, quia videtur auctum regnum, sicut dicimus in eo, quod accrescit per alluuionem, quòd efficitur eiusdem iuris; cuius erit prædium; cui adijcitur, vt dictum est supra in princ. lib. super verbo, Nostro. Pro hoc. ff. de administr. tutto. l. x. quoties. §. fin. In contrarium videtur, quòd non debeant conseruari statuta regni, nisi appareat expressè, quòd Rex accepit eo animo, vt sibi vniret, vt vnum regnum esset, quia talis acquisitio debet intelligi sine præiudicio iuris aliorum, vt. ff. ne quid in loco publ. l. ij. prætor ait. §. merito, & §. si quis à Principe. Et pro hoc. C. de offic. præfect. Prætor aphr. in l. ij. in nomine domini. §. fin. argum. C. de collat. fund. patr. l. prima. lib. xj. & sic concluditur, quòd regentur suo iure, non iure regni: argumen. ff. de leg. iij. l. lxxxix. prædijs. §. Titio: & de fun. instr. l. xx. Seiæ. §. Tyrannæ. Illud enim territorium intelligitur vnire cum suis iuribus, de pignor. act. l. xx. aliena res. de seruit. rustic. præd. l. xxiij. via constitui. §. si fundus. Ista sunt verba eius. Mihi videtur dicendum: si quidem non constat de mente occupantis, standum est iuribus antiquis illius loci, quatenus honesta sunt, per ea; quę dicta sunt per Guliel. si verò ille; qui occupauerit, expressè vult illa iura, vel consuetudinem mutare, an possit? dico: aut ille locus, fuit submissus occupationi propter delictum Domini; qui tunc illum locum tenebat, & tunc occupans acquirit omne ius illius domini, & sicut ille dominus primus poterat mutare leges, ita & occupans. Aut propter delictum subditorum, & non do-

mini, & tunc occupans poterit acquirere ius subditorum, & sicut subditi poterant mutare, ita ipse occupans poterit. Aut propter delictum commune, & succedit occupans in ius vtriusq;. Alteri autem qui in hoc non deliquit, nullum præiudicium facit, vt expresse prædicta probantur in d. Authentica Friderich. si verò Do
11 minus temporalis. C. de hæret. Ex prædictis autem † apparet, quòd talis occupans, bona eorum; qui ibi habitant, possit auferre, & alteri dare; quod verum est, quia poterit, si ex eorum delicto talis occupatio facta fuit, aliàs secus: Et prędicta in occupatoribus; qui sunt inferiores à Principe. Princeps enim solutus est legibus, & omnia potest.

ADDITIONES.

a Thom. Dipl. ¶ Quod etiam in mari. Vide Bart. in l. Cęsar. ff. de publican. Et ibi Alex. de Imol. in additio. Et vide Feli. in c. Rodulphus de rescrip.

b ¶ Per mare. Nō. quòd dicit Bart. hîc, quòd quinquaginta milliaria per mare sunt minus quàm vna dieta ad ea: quæ ponunt docto. in c. non nulli de rescrip. & in l. 1. ff. si quis cautio. Et adde, quòd istud dictum Bar. hîc alleg. Feli. in c. olim. de exceptio.

c ¶ Possumus dicere. Vide Feli. in c. Rodulphus de rescript. & vide omnino Paul. de Cast. in l. Insulæ Italiæ. ff. de iudic.

d ¶ Inter eas gentes. Vide de ista materia per Bal. in Rubr. ff. de rer. diuis. & Barth. Veron. in suo tract. de seruitute rusticorum prædiorum, in Rubr. de mari.

e ¶ Illæ gentes. Vide Alex. plenè in l. 1. in princ. ff. de leg. 1. Et ibi videre poteris plures concord. & plenè per Feli. in cap. translato de constitu. & Lodou. Rom. in cons. ccxviij. incip. præsens casus duplicem habet dubitationem.

In flumine nata. Hæc est secunda pars. Nō. quòd tribus modis insulam fieri contingit, vt. ff. de acquir. rer. domin. l. xxx. ergo. §. tribus modis. Primò, cum circundatur ager; qui non erat alicuius, de quo loquitur vltima pars præsentis relatæ legis; secundò, cum alueum dereliquit siccum, & incipit fluere. Tertiò, cum paulatim coalluendo locum eminentem fecit supra alueum: & aduertendum est, quòd dicit nata, non dicit nascitura. Non igitur tempus, cum incipit apparere, inspicimus, sed tunc quando opinione circumcolentium insula incipit reputari, argu. ff. de flum. l. 1.

§. 1.

§. 1. quod dicit lex esse natam, sine dubio verum est, si priore æstate sic steterit, ante enim posset dubitari, an sit insula, an verò locus in medio, qui propter siccitatem vacuus remansit. Si verò æstate priore sic steterit, sicut dicitur, verum dicit, argum. ne quid in flum. publ. l. prima. §. his autem. Ad quod facit d. l. xxx. ergo. §. tribus. versic. duobus posterioribus, ibi dum dicit, cum primùm extiterit, quod perfectum significat, cum sit futurum subiunctiui, vt l. 1. §. hæc autem verba. ff. quòd quisq; iur. & de verb. obligation. l. cxij. si quis stipulatus sit Stichum. Ab eo verò tempore si quid annuatim dicta insula reciperet, iudicaretur secundum l. lvj. Insula. ff. de acquir. rerum domin. Item dicit nata, scilicet casu, vel diuina potestate: non dicit facta manu hominis, si tamen ab homine facta esset, idem iuris esset, vt. ff. de acquir. re. domi. l. lxv. penul. §. fi. Et hoc facit ad quæstionem, cuius sit cluſa facta in flumine; de quo dixi in l. quominus. ff. de flum. Item dicit nata, intellige quòd sòlo cohæreat, si enim supra aquam staret, vt quandoq; accidit, publica esset, vt. ff. de acquir. re. domin. l. lxv. penul. §. Paulus. videamus.

1 *Frequenter accidere quid sit.*

Quod frequenter accidit.

Quid sit frequenter accidere, dixi supra in verbo, rarò.

1 *Medium est, quod consistit inter duo extrema.*
Extremitates, principium, & finis.

2 *Caput, seu principium alicuius rei vbi sit, & quantum spatium occupet, & nu. 8.*
Caput hominis habet très proprietates, scilicet initium neruorum, pars honorabilior, & versus cælum erigitur.
Pes hominis tres proprietates habet, scilicet finis corporis, pars ignobilior, & versus terram iungitur, totum corpus sustinendo.

3 *Caput, seu principium, vel initium fluminis est, vnde flumen originem capit, & finis, vbi flumen terminatur.*

4 *Caput anni tẽpus; à quo incipit, dicitur: finis à tempore, quo finitur.*

5 *Caput Ecclesiæ vbi altare honorabilius.*
Caput aulæ, vbi magis homines sedere solent.

Caput scholæ, vbi cathedra posita est; & ibi de fine.
Caput prouinciæ ciuitas honorabilior.
6 *Caput montis dicitur pars superior eleuata: depressa appellatur pes.*
7 *Caput rei dicitur locus; per quem ingreditur: sed si per omnes partes est ingressus, dicitur quod est versus meridiem: pes versus Septentrionem. nu. 8.*
8 *Quantum spacium occupet caput, quantum pes, seu finis, & quantum medium.*

Si quidem mediam partem fluminis teneat. Gloss. exponit, ideſt in medio fluminis eſt. Quid autem ſit in medio eſſe, vel quę ſit media pars alicuius rei, videamus. Interdum enim accipitur media pars, ideſt dimidia rei, facta diuiſione vnius rei in duas partes, quælibet dicitur dimidia, vt. ff. de verb. ſignif. l. clxiiij. nomen filiarum. §. portionis. Ne ergo ſic intelligatur, exponit gl. ideſt, in medio fluminis eſt. Vt autem ceſſet dubitatio, melius poſſumus exponere: ſcilicet vt diuidatur tota latitudo fluminis in tres partes æquales. Si ergo inſula tenet illam partem fluminis; quæ eſt in medio, facta diuiſione in tres partes æquales, tunc erit communis, vt litera dicit. Videamus ergo quid eſt eſſe in medio, & quæ eſt media pars.
1 † Quid ergo eſt medium? Reſpon. quod conſiſtit inter duo extrema, vt. C. de iudi. Auth. ad hæc. & ff. de ferijs. l. viij. more Romano. & ſi quis ius dic. non obtemp. l. vnica. §. 1. facit in Authent. in med. lit. non fie. ſacr. form. per totum, vt hîc apparet, non ergo poteſt cognoſci medium, niſi extremitates cognoſcamus Extremitates verò ſunt caput, ſeu principium, & finis. Aliæ aũt extremitates dicuntur latera. De latere dicemus infra. De capite
2 autem, fine, & medio hîc dicamus: videlicet † vbi dicatur eſſe, & quantum ſpacium occupet: hoc autem neceſſarium eſt; ſæpè. n. in ſtatutis fit mentio de capite alicuius rei, videlicet ſi quid factum fuerit in capite plateæ, vel fori: vel in pede: vel in medio, ſoluantur decem. Item in contractibus ſæpè vidi, vendi tot ſtadia terræ in capite, vel in fine fundi. Docet ergo Iuriſconſultus ſcire quid,

ſit,

sit, & quantum duret alicuius rei caput, seu pes, & similia. Caput autem in homine habet duas, aut tres proprietates. Prima, quòd inde omnes nerui initium capiunt, & ex hoc insurgit secunda proprietas, quòd est honorabilior pars corporis, vt l. xliv. cum in diuersis. ff. de religios. Tertia proprietas est, quòd versus cœlum erigitur: & istud idem quandoq; dicimus principium: Eodem modo pes, seu finis habet tres proprietates. Prima, quòd in illa parte finitur, & terminatur corpus. Secunda, quòd est pars ignobilior. Tertia, quòd versus terram iungitur, & totum corpus sustinet. Ab istis proprietatibus diuersimode caput, & pedem,
3 seu finem alicuius rei dicimus. Primò † in flumine, dicimus caput fluminis, vnde flumen originem capit: vt si ex fonte, ipse fons, & similia, vt. ff. de aqua. quot. & æstiu. l. 1. §. caput aquæ illud est. Et illud etiam dicitur principium, seu initium, vt ibi dicitur. Et eodem modo pes, seu finis fluminis dicitur locus, vbi flumen terminatur, & finitur; quod est mare; in quod intrat, vel aliud flumen; vt. ff. de locis, & itin. pu. l. iij. fin. & de seruit. rust. præd.
4 l. fin. Eodem modo dicimus de tempore: † dicimus enim caput anni tempus; quo annus incipit: finis, tempus; quo terminatur, vt in illo versu. Annua si debes, tũc inpicies caput anni, &c. Vt no. ff. de adimen. lega. l. 1. Et hæc de prima proprietate. Secundò contingit quandoque aliqua esse; in quibus locus; à quo originem sumunt, non potest apparere, vt in superficie vnius domus,
5 aulæ, ecclesiæ, & similium. † Tunc caput Ecclesiæ est, vbi est altare honorabile, & caput aulæ est locus, vbi magis homines consueuerunt sedere: Et caput scholæ dicitur vbi cathedra posita est, pars verò illi opposita dicitur pes, seu finis, argumen. ff. de offic. procousul. l. vij. si in aliquam. ibi, prouinciæ caput. Ciuitas enim honorabilior dicitur caput prouinciæ. Ad idem. C. de summa Trinitate, & fid. cathol. Epistola inter claras, in princ. ibi, caput est omnium Ecclesiarum. Tertiò, contingit à tertia proprietate
6 caput dici, vt ecce † locus quidam eminens est, seu montuosus: partem enim superiorem eleuatam appellamus caput: partem autem inferiorem depressam appellamus pedem: & sic in capite, & in pede, & in principio, & in fine dicimus, argum. de aqua pluu.
7 arcen. l. 1. §. fin. † Possit enim esse aliqua res, in qua neutrum

istorum

istorum concurreret, & tunc puto, quòd illius caput diceretur locus; per quem in illam rem ingredimur, iuxta illud. In capite libri scriptum est de te. Appellat enim caput libri illam partem, per quam ad ipsum librum legendum ingredimur. Ad idem quod no. ff. sol. matrim. super Rubr. ibi, nota quòd hîc non est caput libri. ff. ad leg. Falci. l. lxxxj. quærebatur. super verbis, tres partes. Sed posset contingere, quòd per omnes ipsius loci partes est ingressus, & tunc putarem caput illud dici; quod est versus meridiem, & pedem, quòd est versus septentrionem, vt
8 infra ostendam. † Videamus ergo quantum spacium occupat caput, quantum pes, seu finis, & quantum medium. Ad quod dico, quòd punctus, seu linea indiuisibilis; quæ est in capite, potest dici caput, d. l. 1. §. caput. ff. de aqua quot. & æstiu. Et eodem modo pes. Medium dicatur ille punctus, vel linea indiuisibilis; quæ est in medio, distans tantum ab vna extremitate, quantum ab alia: & ita intelligit hîc gloss. proximior sit, & Instit. de re. diuis. §. Insula. in glo. in verbo, mediam partem: dum dicit, q; hoc scilicèt poterit sciri, & apparere accepta corda, & facto puncto in medio. quod satis placeret, si materia; de qua tractatur, hanc interpretationem pateretur: vt si diceretur, à capite vsq; ad medium agri liceat Titio ire. Intelligo à linea indiuisibili; quę est in capite, vsq; ad lineam indiuisibilem; quæ est in medio secundum prædicta iura: sed sæpè sermo hanc interpretationem non patitur. Quid enim si dicatur? si quis inueniatur per caput plateæ cum curru, puniatur. Vel vendo tibi decem stadia terræ in capite fundi. procul dubio de puncto, vel linea indiuisibili intelligi non potest: per illam enim non potest iri, nec in ea possunt decem stadia terræ esse. Aliter ergo intelligendum est; de quo tetigi. ff. de fur. l. iij. prout verò dico, quandoq; extremitates sunt distinctę, & limitatæ, tunc vna dicitur caput, seu principium, alia dicitur pes, seu finis, & quicquid est intra illas duas extremitates dicitur medium, vt. ff. de ser. vrb. præd. l. lxxxvij. si ædes meæ à tuis, ibi, aut medius mons, & de seruit. rustic. præd. l. lxxxj. tria prædia. ibi, per medium fundum. & de ferijs. l. viij. more Romano. C. de iud. Authent. ad hæc, cum multis simil. Quandoq; extremitates non sunt dixtinctæ, & tunc puto, quòd totus ille locus diuidi debeat in

tres

tres partes æquales, vnde illa; quæ erit secunda, dicetur medium, vt hîc secundùm lect. quam tenui; cui applaudet communis vsus loquendi, & intelligendi: tertia dicitur finis. Quandoq; contingit, q locus; de quo agitur, habet multas distinctas partes, tamen in dispositione accipitur, vt totum: vt ecce, planus Tyberis est distinctus per prædia multorum: sed in statutis dicitur, quòd si aliquid fuit factum in capite plani Tyberis, vel medio, vel fine; tunc enim consideratur per statutum illud, vt vnum totum integrum: ideo esset facienda diuisio in tres partes, vt dixi. Sed quęro, quando vendo decem stadia terræ à capite, vel à pede, vel in medio, qualiter fiet diuisio: & vtrum certus locus videatur venditus, vel incertus: dicam in fine huius libri, in vltima figura.

1 *Insula in flumine communi nata communiter acquiritur iure dominij, non possessionis, nisi apprehendatur.*
2 *Insula qualiter communiter diuidatur.*
3 *Insulæ paruæ vsus publicus est: magnæ, ripæ tantum sunt in vsu publico.*

1 **Communis fiat eorum.** Intelligo † communem iure domini, non enim iure possessionis. Cum enim separata sit insula à primo fundo, per possessionem primi fundi illa non videtur possideri, vt infra sequitur, ibi: Quòd si alteri parti proximior, & ff. de acquir. possess. l. iij. possideri. in princ. in gloss. super verbo, quamlibet. Debet ergo post apprehendi, argum. ff.
2 de acquir. poss. l. xxj. cum hæredes. Item quod dicit, † communis fiat, intellige pro æquali parte: scilicet si mediam partem fluminis tenet, & ripæ, quæ essent ab vtraq; parte rectæ. Item ratione propinquitatis medietas cedit vni, & medietas alteri: Sed si Insula esset plus versus vnam partem, quàm versus aliam, illa tantùm pars insulę; quæ vni parti propinqua est, illius fundi est: & illa; quæ magis propinqua est alteri, cedit alteri: quatenus ergo cuiq; propinquior, illi cedit. ff. de acquir. rer. dom. l. xxx. ergo. §. tribus, ibi, cuius ager proprior fuerat: Quod ergo dicit, ei agro cedit; cui propinquior est, intelligendum est, vt. ff. de leg. j. l. vj. Stichum qui meus erit; cui congruit, quod in seq. lib. de Alueo dicitur,

quod iure propinquitatis cedit eis; qui ab vtraq; parte posident: & sic apparet, quòd diuisio communis est. Hoc etiam declarat gloss. hic in verbo, proximior: & Instit. de re. diuis. §. insula, in gloss. in verbo, mediam partem, pro vt dicit de puncto in medio cordæ posito. Ex quo apparet, quòd quantum propinquior est, eatenus cedit lineæ, diuidenti per medium: ita quòd quicquid excedit citra lineam, sit propinquius illi; qui habet prædium citra flumen: & quicquid est vltra lineam, est propinquius ei; qui habet vltra flumen, & hoc est difficile, vtile & necessarium, ideo hoc demonstrabo per casus, & figuras; quas infra subdam. Item
3 hoc, quod dicit, † quòd est vsus communis, intellige iure dominij. Vsus autem insulæ est publicus, sicut riparum, vt. ff. de acquir. rer. domin. l. lxv. penult. §. 1. hoc intelligo, si insula est parua, ita quòd tota possit dici ripa, vel ripæ cedere propter arctationem aquæ, vt. ff. de flum. l. iij. penult. Sed si insula esset magna, ita quòd in ea essent prædia culta, puto solùm ripas esse in vsu publico, non prædia; eadem ratione; qua cætera prædia. Item prædicta vera, nisi essent agri limitati, vt. ff. de flum. l. 1. §. si insula.

1 *Dictio vterque, distributiua duorum tantum, quandoquè inter plura ponitur.*

2 *Insula; quæ est in medio, & ab vno latere sit ager limitdtus, vel cœmeterium, an alteri tota acquiritur.*

Qui ab vtraq; parte fluminis.

1 De duabus loquitur, quæ sunt fluminis latera: † Hæc enim dictio vterq; distributiua est duorum tantum, licèt quandoq; inter plura ponatur, vt. C. de fur. l. xij. Ancillæ, & de verb. obliga. l. cxxxvij. continuus. §. Item qui insulam, & ideo si contingeret flumen ita currere, quòd tria latera prædiorum respiceret, insula deberet inter eos diuidi iure vicinitatis tangentis, vt. ỹ. in figuris
2 xiv. & xv. declarabitur. Sed quid † si ab vna parte essent prędia limitata; quibus non possumus vti quasi insula? vt. ff. de acquir. re. do. l. xvj. in agris; & de flumin. l. 1. §. si insula. Vel fortè cæmeterium alicuius Ecclesiæ; cui non potest quæri, vt dictum est su-

pra

pra in præcedenti lib. an tota insula erit eius; qui prædia habet ab vna parte? Videtur, quod non, quia insula defertur vtriq; pro diuiso, ergo non est locus iuri accrescendi, vt vnus capiat, quod alteri non acquiritur, vt. ff. de vsufr. accrescen. l. 1. in princ. Præterea si esset verum, quòd vno reiecto alijs acquiritur, malè diceret textus. in d.l. 1. §. si insula: vbi dicitur, quòd in nullius bonis est insula, quando prædia ab vtraque parte sunt limitata: quare insula erit aliorum prædiorum; quæ magis prope ripam essent. Contrarium puto: pro cuius euidentia sciendum est, quòd ius acquisitionis per alluuionem: de qua dictum est in præcedenti libro, fit ratione contiguitatis, & adhærentiæ, & ideo potentius est ius acquirendi ratione vicinitatis, de quo hîc dicitur, vt patet, ff. de acquir. rer. dom. l. lvi. insula. vbi illa; quæ alluuio addiderit insulæ, quærentur ipsi insulæ, non autem ei; qui ab vtraq; parte prædia possidet; quia prædia limitata alijs prohibentur quæri. d. §. si Insula: sed si cui alteri ratione vicinitatis vna particula insulæ, quasi deberetur totum additum, quod prohibetur alijs, quasi sibi acquirererur iure cuiusdam alluuionis, & adhęrentiæ; quod probatur, quia incrementum postea obueniens sibi quæreretur. d. l. Insula: ergo multò magis illud incrementum, quod sua particula, simulquè portio vacans tempore; quo portio nostra mihi quæreretur, fortiori iure accrescit quàm illa; quæ ex post facto incipit vacare, vt. ff. de acquir. hæred. l. xxxviij. si duo, coniuncta l. lxj. si minor, & l. lv. cum hæreditate. eod. tit. Nec obstat. ff. de vsufr. accrescen. l. 1. in princ. quia seperatum est illud ius accrescendi ab isto: hîc enim semper fit acquisitio certæ parti diuisæ, & de cætera parte accrescente.

Prope ripam prædia possident,

Prope ripam possidere intelligo, quòd prædia sint ipsi ripæ coniuncta, vel fortè si distant, mediante via, vt l. xxxviij. Martius, de acquir. rer. domin. vt dixi supra in præcedenti libro: & quod dicit, possident, intelligo quo præcedenti, & eodem iure acquiratur insula, vt etiam in præcedenti libro dictum est.

Pro modo latitudinis cuiusq; prædij,

Hoc declaratur per Iurisconsultum. ff. de acquir. rer. domin. l. xxix. inter. eos. videlicet, vt quanta est latitudo prædij iuxta ripam, eatenus linea per directum protendatur: circa quæ multa dubia occurrunt; quæ determinata sunt in figuris præcedentis libri: sicut enim diuiditur alluuio inter eos; qui ab vtraq; parte prædia possident: ita illa pars insulæ; quæ cedit prædijs, quæ sunt ab vna parte, debet diuidi.

Quæ latitudo prope ripam sit.

Si ergo finis agri iuxta ripam est largus, licèt prædium postea in se arctetur, vel è contra, solùm latitudo; quæ est iuxta ripam, attenditur, & secundum illam debet duci linea recta, vt in præcedenti libro dictum est.

Quòd si alteri parti proximior,

Quod qualiter appareat, hoc dicit gloss. accepta cordula, & puncto posito in medio, vt hîc dicit glo. in verbo, proximior sit, & Instit. de rer. diuis. §. insula, in verbo, mediam partem. Et quod dicit proximior, intelligo, quatenus proximior est illa pars, quæ vni parti fluminis proximior est, eorum tantùm est; qui ab vna parte possident prædia, & eorum est eo iure; quo prædia sunt eorum, vt dictum est.

1 *Latera sunt sex.*
2 *Sursum dicitur totus motus à parte inferiori versus superiorem. Deorsum à parte superiori versus inferiorem.*
3 *Pars superior, & inferior denominatur per caput, & pedes; per aduerbia localia sursum, & deorsum: per præpositiones supra, & infra, vel super, vel subtus.*
4 *Ante, & retrò propriè cadit in animalibus.*
5 *Ante, & retrò apposita ad denotandum tẽpus qualiter intelligantur. Tempus est quædam fluxibilitas, & cursus.*
6 *Ante, & post. posita circa locum quomodo intelligantur.*
7 *Facies domus dicitur pars illa; per quam quis ingreditur, vel sit in*

via magis honorabili.

8 *Dextra propriè cadit in animalibus ſe mouentibus: impropriè in alijs rebus.*

Dextra, vel ſiniſtra domus, vel agri quomodo capiatur.

9 *Dextra, vel ſiniſtra fluminis qualiter cognoſcatur.*

10 *Superficies terræ dicitur facies terræ; quæ erga cælum reſpicit.*

11 *Orbis dextra eſt oriens, & ſiniſtra occidens.*

Caput meridies, & pes ſeptentrio.

1 Quòd ſi ex vno latere. † Latera autem ſex experiuntur, ſcilicet ſurſum, & deorſum, ante, & retrò, dextrum, & ſiniſtrum; de quibus in contractibus, & alijs diſpoſitionibus ſæpè fit mentio. Vt vendo, vel lego decem ſtadia terræ ex parte ſuperiori, vel inferiori: ex parte anteriori, vel poſteriori: ex parte dextra, vel ſiniſtra. Ideo quid prædicta vocabula importent diſcutiamus. Surſum quidam appellant illam partem, quæ eſt ſupra reſpiciens cœlum, deorſum illam partem; quæ eſt infra reſpiciens terram, li
2 cèt hoc modo loquendi non vtamur: ſed † ſurſum appellamus totum ipſum motum à parte inferiori verſus ſuperiorem, & deorſum totum à parte ſuperiori verſus inferiorem, & hoc, ſiue ſit motus localis, ſiue intellectualis de gradu in gradum aſcendendo, vel deſcendendo. ff. de gra. l. x. Iuriſconſultus. §. ſunt, & §. tranſ-
3 grediamur. Dico ergo, quod † pars ſuperior, & inferior denominatur primò per nomina, vt caput, & pes: principium, & finis, vt ſupra dictum eſt ſuper verſic. Si quidem mediam partem. Secundò denominatur per aduerbia localia ſurſum, & deorſum, ſed illud impropriè, vt dixi. Tertiò denominatur per præpoſitiones ſupra, & infra, vt. ff. vti poſsid. l. iij. §. ſi duo. §. Labeo, & de aqua plu. arcen. l. xj. ſupra iter. Et de arbor. ced. l. 1. §. 1. Quartò per nomina adiectiua deriuata ab iſtis præpoſitionibus, vt pars ſuperior, & inferior. l. 1. §. fin. de aqua plu. arcen. Quintò per alias præpoſitiones, ſcilicet ſuper, & ſubter, vt ibi, ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribe, & Phariſei, vt extra, de ſepul. capit. Dudum à Bonifacio, in Clemen. Vel verius dicendum eſt, quòd nunquam dictæ partes denotantur, niſi per

nomina ſupradicta, & etiam per aduerbia. Nam ſupra, & in-
a fra, a ſuper, & ſubtus, ſi adijcitur cauſali, tunc eſt præpoſitio, nec importat illam partem rei; de qua quærimus, ſcilicet aliquam aliam rem eſſe ſupra, & infra illam, vt ſupra domum tuam, vel fundum tuum pendet arbor, non ſignificatur ſuperior, vel inferior pars rei; ſcilicet arborem ſupra rem exiſtere: ſed ſolùm denotatur exiſtentia ipſius arboris, & idem in omnib⁹ legibus ſupra ad hoc allegatis. Sed ſi dictæ dictiones ponerentur ſine caſu, vt vendo tibi decem ſtadia terræ ab ea parte; quæ eſt ſupra, vel infra, tunc non ſunt præpoſitiones; ſed aduerbia loci ſecundum Priſcianum in maiori Tractatu de præpoſitionibus: Tunc ergo idem eſt dicere, quod à parte inferiori, vel ſuperiori: quæ pars, quæ ſit, & quantum duret, dixi ſupra, dum dixi de capite, & pede. Videndum eſt de ante, & retrò. Circa quod ſciendum eſt, quòd Ariſtoteles
4 in ſecundo de Cœlo, & mundo dicit, quòd † ante, & retrò propriè eſt in animalibus. Appellamus enim illam partem ante; in qua principaliter ſunt ſenſus, & ſic ex facie hoc iudicatur. In alijs verò; quæ carent ſenſibus, dicta vocabula non cadunt propriè: ſed per ſimilitudinem quandam. Ad quod aduertendum,
5 quòd † ante, & retrò quandoque apponitur ad denotandum tempus, quandoque apponitur ad denotandum locum. Circa tempus, eſt ſciendum, quòd tempus eſt quædam fluxibilitas; de tempore enim non habemus niſi inſtans, quod enim præterit, eſſe deſinit, quod verò futurum eſt, nondum fuit. Dico ergo, quòd in inſtanti; in quo ſumus, rectè loquendo; tempus; quod præterijt, appellamus retrò, & per conſequens, quod futurum eſt, dicitur ante, vt in prima conſtituit. Cod. in princ. ibi, retrò principibus, & ff. de capt. & poſtlim. reuer. l. xvj. retrò. & ad leg. Aquil. l. xxj. ait lex. ibi, retrorſum, & de reg. iur. c. rati habitionem retrò trahi, &c. cum ſimil. lib. vj. Huius ratio eſt: quia, vt dixi, tempus eſt quædam fluxibilitas, & quidam curſus: & homines, cæteraquè animalia carentia ratione, quod in curſu præteritum eſt, habent retrò, quod verò futurum eſt; habent ante. Ad iſtam ſimilitudinem dicimus iſta, ſcilicet, quòd de tempore habemus inſtans illud, quod eſt: & illud quod præterit, habemus retrò: quod futurum eſt, habere dicimus ante: & quod præterijt

eſſe

esse ante, & quod futurum est, esse postea, vt. C. de arb. l. v. cum antea, & de Nili agerib. l. vn^a. si quis post hac, & de ædif. priu. l. vj. si quis post hanc. & ff. de acq. poss. l. x. si quis ante. tunc enim similitudo sic procedit, quasi cursor in certa parte itineris se reuoluat, & remoueat, tunc. n. illa pars, quæ incedendo erat retrò, incipit esse, ante, & è conuersò. Propria igitur locutio est præcedens, quia ibi illa reuolutione non egemus. Per hanc igitur dictionem ante potest significari tempus præteritum, & futurum, quod apparet ex verbo: cui adijcitur; quod si est præteritum, non significat futurum. Sed hîc potest occurrere dubitatio: pone sic. Reperi scriptum in aliqua dispositione: si quis ante aliquem dixerit aliquid, vel fecerit, &c. quomodo intelligitur hoc verbum ante? Hoc. n. verbum, fecerit, reperitur in futuro subiunctiui, & in præterito. Sed qualiter debeamus assumere, dixi in repetit. l. omnes populi. ff. de iust. & iu. dum tractaui de interpretatione statutorum, dixi etiam, de cond. & demonst. l. solemus, & prædicta quum respectu præsentis loquimur de tempore præterito, & futuro. Quandoque tamen in præsenti loquimur de tempore præsenti, & post, respectu alicuius, temporis præteriti, vel futuri. Respectu futuri, vt ecce promittis facere, vel dare ante Pascha, vel post Pascha: & ista locutio recta est, vt. ff. de verb. oblig. l. xiiij. qui ante calendas, & l. lvj. eum, qui ita. §. qui ita stipulatur, cum simil. & procedat similitudinem sic: Pone cursorem in medio plani videre Turrim, rectè dicit totum spatium; quod est inter se, & Turrim, esse ante Turrim, quia ante oculos eius est, & etiam ante illam partem Turris; quæ primo eius aspectui præsentatur, & sicut latus oppositum illi Turri, quò ad eum, dicitur retrò, seu post, vt infra dicetur, ita totum, quod illi lateri posteriori respicit, dicitur post: & ita propriè dicimus ex consuetudine: Reperimus enim Pascha futurum in medio, nunc ergo vsque ad Pascha dîcitur ante, vltra dicitur post, vt dd. legibus. Sicut etiam dicimus respectu præteriti temporis, vt ecce, ante Pascha præteritum dicimus factum, quod præterijt: quod sequutum est, dicimus factum post Pascha, vt. l. lxiiij. huiusmodi stipulatio interposita, & l. cxxxv. si ita quis. §. Seia. ff. de verb. oblig. cum simil, Et tunc procedit similitudo, sicut in illo Paschate homo stans

retrò

retrò se voluisset, vt dixi. Propriùs ergo diceret à Paschate retrò, & à Paschate ante: venit in præcedenti locutione, dicimus ante Pascha, idest primò quàm Pascha sit, & ita vtimur. Prædicta verba ante, & post, si ponantur cum casu, sunt præpositiones; si sine, sunt aduerbia temporis, vel loci, & significant tempus, vel locum. Circa verò † locum, sciendum est, quòd quædam sunt loca eminentia, quædam depressa, & plana. In eminentibus, sicut sunt domus, & cætera ædificia: montes, & colles, dicimus ante, & post. In domibus autem dicimus partem ante, illam esse; quæ est iuxta viam, per quam ingredimur domum, vt. ff. de via publ. l. iij. Aediles Curules. §. fin. ibi, ante ergasteria, & commu. diuid. l. xix. arbor. §. de vestibulo, vbi gloss. exponit, quòd vestibulum est locus ante domum; per quem quis habeat aditum: pars illi opposita dicitur post, vt. ff. de seruit. vrb. præd. l. xij. quidam Iberius: ibi, post horea, & dicitur post, illa pars; quæ est opposita illi parti: quæ est ante plateam, & sic etiam vtimur, & loquimur, & hoc secundùm similitudinem præcedentē: Nam, vt dictum est, pars anterior in animalibus dicitur illa: in qua est facies, & † facies domus dicitur illa, quæ iuxta viam nobis ostenditur, vt in locutione vulgari vtimur, & lib. 1. Machab. iiij. cap. circa finem dicitur, Ornauerunt faciem Templi coronis aureis, & scutulis. Sic enim dicimus facies operis. ff. de nou. oper. nuncia. l. xxj. stipulatio. §. Opus, & alibi pristinam faciem ædibus reddat; vt. ff. loca. l. lxxj. sed addes. §. si Inquilinus ostium. Sicut igitur illa pars dicitur facies, ita dicitur pars anterior, & pars sibi opposita dicitur posterior: sed si domus à pluribus partibus esset circundata vijs, per illam excellentiam diceremus faciem: quæ magis in honorabili via est, quòd si vtraque esset æqualiter honorabilis, illa dicitur facies; per quam ingredimur, vt ff. de leg. iij. l. lxxxix. prædijs. §. Balneas, & de dam. infect. l. xlvij. quod Conclaue. Prædicta vera, nisi consuetudo loquendi aliquid opponeret. In locis verò depressis, & planis; in quibus non videmus superficem superiorem, non est dare partem; quæ dicatur ante, & post, respectu sui, sed respectu nostri. Existens enim in fundo rectè potest dicere aliquam partem esse ante eum, aliquam post eum, vt de tempore dicimus. In montibus etiam appellamus ante, illam par-

6

7

tem

tem ; quæ nos reſpicit, quaſi faciem : partem illi oppoſitam appellamus poſt; & ſic illa pars; quæ quò ad nos ſecundum noſtrum aſpectum eſt ante, ſecundum aſpectum aliorum dicitur poſt. Et ſic conſiderandus eſt locus; in quo verba proferuntur : Nonnunquam tamen ex parte montis eſt aſpectus ita notabilis, vt ſi reſpicit aliquam ciuitatem notabilem, quòd ſemper illa pars dicitur ante, reliqua verò poſt : Hæc autem ſecundum conſuetudinem
8 circumcolentium intelligenda ſunt. † Dextra, & ſiniſtra ſecundum Ariſtotelem. in d. lib. de cœlo, & mundo, propriè cadit in animalibus, quia dextra eſt principium motus, ſiniſtra eſt terminus, & ideo communiter contingit, quòd incipiens ambulare incipit cum pede dextro, vel incipiens aliquid agere incipit cum manu dextra, niſi ſit ſcæua ideſt ſiniſter, vt. ff. de ædil. edic. l. xij. qui clauum. §. item ſciendum. In iſtis ergo rebus; quæ non mouentur, impropriè loquimur. Appellamus enim dextram, & ſiniſtram quandoque reſpectu noſtri. Si enim diceremus, vendo tibi decem ſtadia terræ à parte dextra eundo ab hinc verſus Florentiam, tunc clarus eſſet ſermo, & de illa parte intelligendum eſt; quæ nobis euntibus eſt à latere noſtro dextro. Si verò ad perſonam non habeatur reſpectus, ſed ſimpliciter dicatur à latere dextro, vel ſiniſtro rei, tunc ſi quidem illa res eſt eminens, & eleuata, vt domus, ita quòd eam dicamus habere faciem, apertè inuenitur dextra, & ſiniſtra. Finge enim vnum hominem ſtantem rectum, & voluentem faciem ſuam verſus illum locum; verſus quem voluit domus, tunc illa pars; quæ illi homini ſic imaginato oppone retur, diceretur dextra, vel ſiniſtra, & ſic diceretur illa pars domus eſt dextra, vel ſiniſtra : Hoc probatur expreſsè Ezech. xlvij. cap. in princ. vbi ſic ait, Facies domus reſpiciebat ad Orientem, aquæ autem deſcendebant in latus Templi dextrum ad Meridiem. Vnde ſimilitudo hominis eſt, quia ſi facies hominis reſpicit Orientem, latus eius dextrum eſt meridies. Si verò non eſſet corpus ita eleuatum, tunc ſi quidem locus ille habet caput, & pedes, ſecundum quod ſupra diximus, neceſſariò per eandem ſimilitudinem dabimus ei dextram, & ſiniſtram : exemplum in flumine.
9 † Fingamus hominem iacentem in flumine tenentem caput, vbi eſt caput fluminis, pedes verò vbi eſt pes, vel finis fluminis, fa-

cies autem versus cœlum, tunc statim dextra, & sinistra pars fluminis cognoscitur, & ita loquitur text. ff. commu. præd. l. lxij. re fectionis. §. fi. Si etiam in alijs locis; quæ caput, & pedes habent, fingas hominem sic iacere prostratum, tunc dextram, & sinistram cognosces. Sed si dicatur, cognoscitur cur caput, & pedes in tali parte fingantur: sed cur facies versus cœlum reuoluta ponatur, vel lem doceri. Si.n. faciem versus terram voluere dicemus, tunc par-
b tem; quam primò dicebamus [b] dextram, continget esse sinistram, & è conuersò. Resp. Totius terræ superficies est versus cœlum, & dicitur superficies, quasi superior facies, vt. ff. quod vi, aut clam. l. xxj. si vitem. §. si stercus: vbi in textu habetur duplex litera, alia enim dicit speciem fundi: alia faciem fundi, vt ibi ponit gloss. in verb. spe
10 ciem. † Illa ergo superficies est facies; quæ erga cœlum respicit: ideo sic dixi: vnde ista loca depressa non habent faciem respectu nostri: sed respectu cœli, ideo respectu nostri non habent ante, vel post, vt dixi, ideo finxi hominem iacere prostratum. Si verò inueniretur aliquis fundus; cuius non posit caput, nec pedes dici secundum p̃cedentem doctrinam, nec ante, vel post: tunc dextra, & sinistra deberent aliter considerari. Nam Aristoteles in ij. de cœlo, & mundo, quærit an cœlum habeat dextram, vel sinistram, & determinat quòd sic. Cum enim dextra sit princi-
11 pium motus, vt dictum est, apparet, † quod dextra orbis est oriens, sinistra verò est Occidens: & sic secundum hoc de necessitate oportet poni, quòd caput orbis sit in Meridie, pedes verò sint in Septentrione, & sic fingendus est vnus homo, qui faciem habeat versus cœlum, spatulas versus terram, & sic in dextra eius erit sol oriens, & in sinistra sol occidens. Hoc ergo modo, quando alij modi inueniendi dextram, & sinistram non faciunt, facile erit dextram, & sinistram, caput, & pedes cuiuslibet rei immobilis inuenire, scilicet si respicit eius facies partem aliquam Orbis, & hæc proprior locutio esset naturaliter loquendo, quòd quantum ad mores nostros, præcedentes modos puto probabiliores, & primos inquirendos. Sed si quæratur medium inter ante, & post: inter dextram, & sinistram, dico eodem modo; quo dixi supra inter caput, & finem. Et prædicta circa loca. Tempus verò, quod nullam latitudinem habet, non habet dextram,

neque

neque siniſtram.

ADDITIONES.

a Thom. Dipl. ¶ Nam ſupra, & infra. Vide, quod decidit per iſtam doct. Bart. hîc d. Barth. Soc. in conſil. clxxxj. in ij. volum. in c. viſis capitulis, in ver. circa tertium, vbi etiam ponit, quòd de natura dictionis infra, eſt, vt contineat contingentia extrema; quibus adiungitur.

b ¶ Continget eſſe ſiniſtram. Vide plenè per d. Barth. Ver. in ſuo tract. de Imperatore militum eligendo in 1. priuil. dignitatis, vbi infert per iſtam doctrinam Bart. vbi arguit contra dominos Venetos; qui imaginem beati Marci in ſigillis, & aureis, groſsiſq; argenteis imprimunt à dextra; ab altera verò parte imaginem Ducis; Dixi plenè in tract. meo de Venetæ vrbis libertate, & eiuſdem imperij dignitate, in priuil. xlviij.

Prorupit flumen, Ideſt pars fluminis dicit gloſſ.

1 *Riuus appellatur pars fluminis, & eſt iuris publici.*

2 *Riuus non procedens à flumine: ſed à fontibus, vel alijs venis quando ſit publici, & quando priuati iuris.*

3 *Fouea; per quam aqua ducitur ad molendinum; cuius iuris ſit.*

4 *Flumen, fluuius, & amnis idem ſunt.*

Et alia parte riuo nouo, &c. Scilicet il-

1 la pars, dicit gloſſ. hîc in verbo, ceperit: Vides ergo, quòd † pars fluminis appellatur riuus, & ſic non eſt dubium, quòd in hac ſi-

2 gnificatione riuus eſt iuris publici. An autem † alij riui è flumine non procedentes, ſed à fontibus, vel venis alijs, ſint publici, vel priuati, dubitatur. Et videtur, quòd non. ff. de flum. l. 1. ait Prętor. §. 1. & ita tenet Roſ. ſuper illo tit. Pro hoc facit. ff. de riuis: per totum. Secundò, quando riuus eſt manu factus; per quem aqua ducitur ad vtilitatem priuati, tunc eſt priuatus, vt in toto tit. de riuis. Quandoq; riuus eſt locus; per quem aqua naturaliter fluit, & tunc regulariter puto illum locum priuatum eſſe, vt. ff. finium regund. l. vj. ſed ſi riuus, & d. l. j. ait Prætor. §. j. de flum. & erit eorum; qui ab vtraq; parte prædia poſsident, vt in præcedenti libro diximus de foſſa. Sed ſi riuus talis eſſet in vſu publico, tunc intelligerem illum riuum eſſe publicum, vt. ff. ne quid in loco publ. l. ij. Prætor ait. §. hoc interdictum ad ea, ibi, ad ea

igitur loca hoc interdictum pertinet ; quæ publico vſui diſtinata ſunt, vt arg. ff. vt in flum. publ. nauig. lic. l. j. Prætor ait. §. foſſa. ibi, poſſunt autem etiam hæc eſſe publica, & non publica. Quid
3 dices † de foueis ; per quas aqua ducitur ad molendinum ? Reſp. vt dicitur in l. ij. quominus. ff. de flum. Et nota, quòd hoc no-
4 men† flumen, fluuius, & amnis idem ſignificant. Alia verò nomina, ſcilicet riuus, Torrens, foſſata, explanata ſunt ſupra, proximo, & præcedenti libro. Cætera verba legis clara ſunt. Nunc igitur ad oſtendendum diuiſionem Inſulæ, veniamus ad figuras.

FIGVRATA PROPOSITIO PRIMA.

IN Hac figura ab vtraq; parte fluminis ripæ ſunt rectæ in ſe, & etiam vna ripa eſt recta per comparationem ad aliam, & in hac figura ſunt duæ inſulæ. Prima inſula tota pertinet ad Lucium ; cuius prædium eſt vltra flumen. Ratio, quia inſula non tenet mediam partem fluminis : ſed illi parti vlteriori eſt proximior. Ad hoc autem ſciendum, vtrum inſula alteri parti ſit proximior, dat doctrinam gloſſa in hoc §. verſic. quòd ſi



alteri parti, in verbo, proximior ſit, &c. quod poterit ſciri accepta cordula, & puncto in medio poſito inter vtrunq; agrum, & tunc ſi punctus eſt ab vna parte, alij cedat, aliàs ſecundum quòd punctus extenditur, ita dicit d. Gloſſ. ſed vt iſta doctrina ſit vera, non ſufficeret cordulam ſic ponere in vna parte, ſed opportet ponere in duabus : vna in principio inſulæ verſus caput, & alia in fine, tunc ab il-

lis

lis duobus punctis medijs ducatur linea recta : & si quidem tota insula relinquitur ab una parte, illorum est ; qui ab una parte prædia possident. Sit igitur prima cordula c d, in cuius medio sit punctus a, & ꝙ ille a. sit in medio, probatur, cum eris in medio, per mensuratorem. In hac figura apparet, quia est centrum circuli rubei H C D. qui punctualiter tangit utranque partem ripæ. Deinde sit secunda cordula in pede insulæ ; quæ sit e f. & ponatur in medio punctus b. & quòd ille punctus sit in medio, apparet, quia est centrum circuli E F G. crocei vtranque ripam punctualiter tangentis : Deinde ducatur linea, seu cordula a b. & quia insula est tota ultra illam cordulam, tota pertinet ad prædium Lucij; quod est ultra flumen : Ad prædium verò Caij ; quod est citra, nil pertinet. In secunda verò insula simili modo ponatur vna cordula ; quæ habeat punctum medium a. Deinde in fine insulæ ponatur alia cordula ; quæ habeat punctum medium b. quòd autem isti puncti A B, sint in medio, probatur ex præcedentibus, tunc ducatur linea a b. & tunc quia illa secat insulam, quicquid est vltra illam, est Titij ; qui ab alia parte prædium possidet ; quod verò est citra illam lineam, est Seij : vt patet ex hoc §. Et nota quòd semper cum lineæ ripæ sint rectæ omni rectitudine, vt est ista, cordula ducenda est recta, ita quòd faciat angulum rectum ab vtraq; parte : per istum enim modum rectè inuenitur medium, vt apparet.

FIGVRATA PROPOSITIO II.

Hæc figura differt à præcedenti; quia in superiori lineæ ab vtraq; parte sunt rectæ secundum se ipsas, & etiam dicuntur rectę vna respectu alterius, quia tantum distat vna ab alia in capite, quãtum in fine: Sed in hac min⁹ distat in capite, & semper vniformiter elongatur. Erit igitur fienda diuisio Insulæ hoc modo. Primò ponatur vna cordula C D, in principio Insulæ ab vna ripa ad aliam, & notetur punctus medius, & sit a. Deinde extendatur alia cordula E F. longior in fine Insulæ, & notetur punctus medius b. Deinde ducatur linea a b. & illa linea erit diuidens inter eos; qui sunt vltra, & eos, qui sunt citra. Sed hîc occurrit dubium, qualiter ducatur linea è ripa vlteriori ad citeriorem : Nam non potest ita

poni,

poni, quòd faciat angulum rectum ab vtraq; parte. Dico igitur considerandum esse, quòd quantum illæ duæ lineę distant in vlteriori ripa, tantum distent in ripa citeriori, & tunc non potest esse error, quod probatur; quia qualis est proportio totius ad totum, talis est me-



dietatis ad medietatem per æquale spatium: sed tota latitudo fluminis venit vniformis ampliando respectu distantię, quę est ab vtraq; ripa. Inter eos verò qui sunt ab vtraq; parte, fiet diuisio, vt supradictum est de alluuione.

FIGVRATA PROPOSITIO III.

STA figura facta est ad declarationem l. lxv. penul. §. si qua insula. ff. de acquir. re. domin. vbi dicitur, quòd Insula primò relicta in flumine, iure proximitatis, habet ius in alijs insulis postea in flumine natis, siue relictis. In hac igitur figura constat, quòd insula primò relicta tota pertinet ad eos; qui possident vltra flumen, scilicet Lucium, & Titium, quoniam illa Insula est tota vltra medium fluminis, vt lineæ ductæ ostendunt. Insula verò secundò relicta pertinet pro parte ad Lucium; qui est vltra, & pro parte ad Caium; qui est citra, quoniam mediam partem fluminis tenet, vt lineæ ductæ ostendunt, & probatum est in præcedentibus figuris. Sed nunquid insula primò relicta, iure proximitatis debeat aliquid habere in dicta secunda insula, videndum est. Ad quod sciendum poni debet vnus punctus in insula prima; qui plus sit proximus insulæ secundæ, & sit a. Deinde in ripa Caij assuma-

tur

tur alius punctus; qui magis sit proximus extremitati secundæ insulæ; quæ plus proxima est insulæ primæ, & sit b. Deinde pone pedem circini in puncto a, & extende ita quòd pertranseat aliquam partem insulæ secundæ, & volue semicirculariter. Deinde pone pedem circini in puncto b. & per tantundem spatium extende, & nota vbi dicti duo circuli se proscindunt, scilicet puncto s c, d, & ab illis duo-



bus punctis duc lineam rectam rubeam C D. ex quo concludo, quòd quicquid est insulæ secundæ supra dictam lineam c d, totum cedit insulæ primò relictæ: Et eodem modo comperies in insula tertiò relicta, vt lineæ ductæ ostendunt, quod sic probatur. Si ab æqualibus æqualia adimas; quæ remanent, sunt æqualia: sed constat, quòd tantum distat circulus vnus à suo centro a. quantum distat alius circulus à suo centro b. & constat, quòd linea c d, adimit ab vtraque parte æqualiter: Ergo patet, quòd linea illa æqualiter distat ab vtroque: & sic quod est supra illam lineam, cedit puncto a. iure proximitatis, quod verò est infra, cedit puncto b, iure proximitatis.

FIGVRATA PROPOSITIO IIII.

VPRADICTVM est de figuris; quæ habent lineas rectas iuxta ripam: Hîc videndum est de illis: quæ habent ripas tortas, & curuas; veruntamen hoc contingit dupliciter. Nam quandoq; sunt retortæ ab vtraq; parte fluminis, & ita vna ripa inflectitur versus aliam, & vbiq; ipsæ æqualiter distant, vt in hac figura ostenditur, licèt hoc rarò contingat: Quandoq; ripa est recta ab

vna parte & ab alia tortuosa, vel ab alia parte torta vno modo, ab alia verò torta modo dissimili, & de hoc dicetur in sequentib. In hac igitur figura ducenda est linea per medium ea tortuositate; qua ripæ sunt



tortæ, vt ostendit linea rubea A B, & quicquid est vltra illam lineam, est magis propinquum eis, qui vltra flumen prædia possident: quicquid verò est citra illam lineam, est magis propè eos; qui citra flumen prædia possident. Illam autem lineam sic duces, Accepta cordula, & puncto in eius medio posito vniformiter ducatur ab vtraq; parte ripæ, & semper notetur locus; per quem transit ille punctus medius, illa est linea; per quam ille punctus medius transit, & linea per medium diuidens.

PROBLEMA I. FIG. V.

Sta figura facta est ad necessariam euidentiam omnium dicendorum, docet enim quomodo positis quibuscunque punctis per lineam non directam illi possunt reduci ad circumferentiam cuiusdam circuli. Ponantur ergo tres puncti a. b. c. tunc pone circinum super a. & extende vltra medium spatium a b. & volue semicirculum: Deinde ponas pedem circini super b. & in eadem distantia versus a. volue semicirculum: & nota vbi dictæ duæ lineæ circulares se proscindunt, scilicet in punctis e. f. & duc as super ipsos punctos lineam rectam e f. & extendas quantum volueris, & deinde similiter facias in punctis b. c. & ducas lineas circulares; quæ se proscindunt in punctis g. h. & ab eis ducas lineam re-

ctam

ctam g h. & ad libitum extendas, tunc dico, quòd linea e f. & linea g h. secabunt se in puncto d. in illo igitur puncto vbi se secant, po-



natur pes circini, & alter extendatur vsq; ad vnum punctum de datis a. b. c. & voluatur, omnes illi tres puncti reperientur in circumferentia dicta; & hoc contingit quocunquè modo tres punctos ponas in linea non recta.

PROBLEMA II. FIG. VI.

IGVRA ista similiter ad euidentiam dicendorum facta est, docet enim qualiter posito vno puncto ab vna parte, & recta linea ab alia, aliquod spatium quadratum iure propinquitatis diuidatur inter punctum, & rectam lineam. Sit ergo punctus datus a. linea posita b c. & totum quadratum a b c d. Quæritur quantum illius quadrati spatio debeatur puncto a. iure propinquitatis, & quantum lineæ b c. Itaq; ponatur vna linea, super quam quicquid sit, illud sit propinquius a. puncto; quod verò est infra, sit propinquius lineæ b c. Ad quod dico, quòd primo illud quadratum diuidendum est per medium secundum doctrinam præcedentem, & sit linea diuidens e f. & de eo, quod est infra, nil pertinet ad punctum a. Secundò fiat linea b d. diametrum dicti quadrati, & similiter de eo, quod est infra dictam lineam, nil pertinet ad punctum a. Illud verò, quod est supra, restat diuidendum; & hoc constat; quia hic habemus duos punctos æque distantes à puncto a. & à linea data b c. videlicet punctus e. & punctus d. inueniatur ergo alius punctus

æquidistans, & sit g. Et quòd hic æquidistet, patet, quia est centrum circuli azurei a p q. q punctualiter tangit punctum a. & in puncto p, lineam datam b c. Tunc ergo illi tres puncti e. g. d. reducantur in circumferentiam vnius circuli, secundum præcedentem figuram, ducendo lineas, vt ostendunt lineæ croceæ m h. & n h. cuius circuli centrum cadit extra quadratum in puncto h. & ducatur ille circulus, vt ostendit circulus rubeus ductus e g d. Tunc dico, quòd quic-

quid est supra dictam lineam circularem e g d. pertinet ad punctum A. datum, & quicquid infra ad lineam b c. positam, & q hoc sit verum, patet, si ponatur alius punctus s, in linea rubea circulari e g d, & ibi ponatur circinus, & extendatur vsq; ad punctum a. punctualiter tangit illud, & etiam lineam b c. datam in puncto r, vt ostendit circulus croceus a r q. & idem esset, vbicunq; poneretur aliquis punctus in dicta linea rubea. e g d. circulari: Hoc dico, ita q non esset error notabilis: adeo quòd si esset argentum, non esset notabilis deceptio; Ideo tamen dico, q cum ab vna parte sit linea recta, & ab alia rotunda non esset perfecta separatio per medium.

LEMMA. Ex quo collige talem regulam: Positis tribus punctis æquè distantibus intra punctum datum, & lineam rectam datam, circulus; in cuius etiam circumferentiam illi tres puncti reducuntur, per totum quadratum æqualiter distat.

FIGVRATA

FIGVRATA PROPOSITIO VII.

SI hæc figura benè inſpiciatur, Inſula propinqua eſt puncto a. acutæ ripæ prædij Lucij, & toti latitudini ripæ prædij Caij; ad prædium autem Titij non appropinquatur. Videamus ergo diuiſionem inter Caium, & Lucium. Et videtur, quòd Lucio nihil debeatur, quoniam ripa ſua; quæ appropinquat Inſulæ, terminatur in puncto indiuiſibili, non habenti aliquam latitudinem: ſed inſula debet diuidi pro modo latitudinis. l. xxix. inter eos. ff. de acquir. rer. dom. Cum ergo ibi non ſit aliqua latitudo, ei nil debetur. Contrarium dico, nam inter eos; qui ſunt ab vna parte, fit diuiſio pro modo latitudinis. d. l. inter eos: ſed inter eos, qui ſunt vltra, & eos qui ſunt citra, fit diuiſio iure propinquitatis, vt dictum eſt. Videndum eſt igitur, quòd ponamus vnam lineam iure propinquitatis diuidentem, & hoc fieri debet ex doctrina præcedentis figuræ. Exten-



datur igitur vna corda à puncto a. prædij Lucij, vſque ad ripam Caij; quæ ſit a b. & fiat cum cordis, vel ſignis in flumine vnum quadratum a b c d, inſulam in ſe concludentem: Deinde inueniatur medium quadrati per lineam e f. & conſtat, quòd quicquid eſt infra dictam lineam, pertinet ad Caium. Deinde inter punctum e, & punctum d, inueniatur punctus æquidiſtans à puncto a, prædij Lucij, & ripæ B C. Caij, & ille ſit g. Tunc illi tres puncti e g d, reducantur in circumferentiam vnius circuli per præcedentia; cuius circuli centrum inuenietur in puncto h. vt oſtendunt lineæ croceæ m h, & n h. Dico

ergo, quòd illa linea circularis e g d. est ea, quæ diuidit, & quicquid est supra illam pertinet ad Lucium; quod verò est infra, pertinet ad Caium, vt patet ex præcedentibus.

FIGVRATA PROPOSITIO VIII.

HAEc figura differt à præcedenti, quia in præcedenti, punctus magis propinquus erat in capite insulæ, hîc verò est in medio, vel circa, vt patet in puncto prædij acuti Caij, qui est b. & ideo in flumine debent fieri duo quadrata, scilicet vnum supra, aliud infra. Fiat ergo versus caput fluminis vnum quadratum a b e f, & versus finem fiat alius a b c d. Deinde ducatur linea media g h. dico quòd de eo; quod est supra, nil debet ha-



bere Caius: deinde ducatur alia linea per diametrum primi quadrati, e a, & alia per diametrum c a. & similiter de eo; quod est supra illas, nil debet habere Caius: deinde inueniatur vnus, vel duo puncti in illo spatio; quod est infra, æque distantes puncto b. Caij, & lineæ f a d. prædij Lucij, vt i k, qui reducantur in circumferentiam alicuius circuli; qui circulus erit e i k c, & eius centrum cadit in prædio Caij in puncto m. Ergo quicquid est infra lineam circularem e i n k c. pertinet ad Caium, vt supra probatum est. Vel verius, assume puncta e n c, & reducas ea in circumferentiam cuiusdam circuli, & habebis propositum; quia reddit in idem; quod supra.

FIGVRATA

FIGVRATA PROPOSITIO IX.

HAEc figura differt à præcedentibus. Quia vel ab vtraq; parte earum est linea recta, vel ab vtraque parte est curua, vel ab vna recta, & ab alia punctus acutus: hîc verò est ab vna parte linea recta, ab alia habet quandam rotunditatem; cuius caput conuexum est versus insulam. Inueniatur ergo in principio Insulæ inter vtranq; ripam punctus medius a. In medio alius b. In fine alius c, & hi tres reducantur in circunferentiam cuiusdam



circuli per præcedentia, & habebis medium. Ex quo collige regulam, quòd positis tribus punctis æquidistantibus inter lineam rectam, & lineam conuexam, circulus; in cuius circunferentia illi tres puncti reducuntur, totum spatium iure proximitatis æqualiter diuidit, & hoc in sequenti figura demonstrabitur. LEMMA.

FIGVRATA PROPOSITIO. X.

IGVRA ista differt à præcedenti; quia hæc ab vna parte ripę acutę est punctus c, ab alia parte rotundę est concauum versus punctum; cuius sic facienda est diuisio. Primò ducatur linea ab vna parte circuli vsque ad aliam, & sit a b. Et hoc ideo, vt sciamus quòd de eo, quod est supra dictam lineam, nil potest deberi ripæ concauæ, nisi ratione illorum punctorum a b. quoniam quælibet pars; quæ est infra, est magis remota ab alia parte,

quàm

quàm sint illi puncti. Deinde inter punctum c. prædij Lucij; & illa puncta a b, inueniatur medium; p doctrinas datas in præcedentibus. Inter a, & c, erit medius punctus d, & inter c, & b. erit medius e, vt ostendunt lineę ductę. Deinde inueniatur medium inter c, & aliquam partem dictæ concauitatis, & sit f. Deinde illa tria puncta d f e, redu-

cantur in circunferentiam cuiusdam circuli per præcedentia; cuius centrum erit in puncto h. Dico ergo, q̄ quicquid est infra circulum d f e. pertinet ad Titium iure proximitatis; quod verò est supra, pertinet ad Lucium. Ex quo collige regulam, quòd posito vno puncto ab vna parte, & circulari concauitate ab alia; infra concauitatem positis tribus punctis æque distantibus ab vtroque latere, linea circularis, per quam illis tres puncti in circunferentiam reducuntur, per medium diuidit.

LEMMA.

FIGVRATA PROPOSITIO XI.

STA figura differt à præcedenti; quia supra est punctus ripæ superioris, quem constat esse propinquiorem qualibet alia parte ipsius ripæ: hîc verò ripa superior est rotunda, & conuexa versus Insulam, & ideo quælibet pars illius ripæ fit propinquior punctis ripæ inferioris concauæ. Igitur primò ducatur linea ab vno puncto circuli inferioris vsque ad alium, & sit a b. ea ratione; qua diximus in præcedenti figura. Deinde ponatur circinus in puncto a, & extendatur vsq; ad ripam superiorem, & ibi aliquātulum voluatur circulariter, vt ostendit linea curua crocea M C,

& ille punctus, vbi ripa ſuperior tangitur, eſt propinquior, & ſit c. Eodem modo facias in puncto b, cui puncto propinquior eſt d. Deinde inter a, & c. inueniatur punctus medius, & ſit e, & inter b. & d. inuenia tur alius punctus medius, & ſit f. deinde inueniatur alius punctus me-

dius inter ripam ſuperiorem, & inferiorem, & ſit g. deinde illa tria puncta e f g. reducantur in circumferentiam cuiuſdam circuli; cuius centrum cadit verſus prædium Lucij, in puncto h. Dico ergo, quòd quicquid eſt infra illum circulum e g f, pertinet ad Titium iure proximitatis, quod verò eſt ſupra illum, pertinet ad Lucium, vt ex præcedenti apparet, & lineæ ductæ demonſtrant.

FIGVRATA PROPOSITIO XII.

IN hac figura ripa ſuperior eſt directa, inferior eſt circularis concaua. Primò igitur in qualibet linea circuli, facienda eſt diuiſio per quadratum, vt lineę ductæ oſtendunt, & dictum eſt ſupra in vj. figura, & vij. Hîc verò deſcribam aliquid de dicta diuiſione. Primò enim ducatur vna linea ab vno puncto a. illius circuli, vſq; ad alium b. & hoc ad oſtendendum, quòd de eo; quod eſt infra lineam illam, nil debetur ripæ circulari, niſi ratione punctorum a b. deinde fiat diuiſio inter punctum a. & lineam rectam q d c; quæ eſt ſuperioris ripæ; & format quadratum vnum a c d e; quod quadratum diuidatur per medium, ducta linea f g. Tunc dico, quòd de eo, quod eſt ſupra illam, nil debetur puncto a. deinde ducatur alia linea c e, per diametrum quadrati a c d e. tunc ſimiliter

dico,

dico, quòd de eo; quod est supra illam, nil debetur puncto a; in illo verò spatio quadrati; quod remanet infra, inueniatur alius punctus medius h. deinde illa tria puncta f h e, reducantur in circumferentiam cuiusdam circuli; cuius centrum cadit in fundo Titij, in punto k. & illa est linea diuidens inter punctum a, & ripam q d c, dire-



ctam. In alio autem puncto b. fiat quadratum, atq; diuisio, simili modo. Illud verò, quod est in medio, diuidatur sic: inueniatur alius punctus medius inrer rotundum, & ripam q d c, directam, & fit o; tunc illi tres puncti e, o, n, reducantur in circumferentiam cuiusdam circuli per præcedentia; cuius centrum cadit supra in puncto p. & illa est linea diuidens.

FIGVRATA PROPOSITIO XIII.

IN hac figura ab vna parte est ripa recta, ab alia angularis: vnde tractatur de diuisione spatij medij, quod sic fieri debet. Directæ lineæ ducantur à linea prædij inferioris, donec iungantur cum superiore, & in capite sit linea ducta a b. in fine sit c d, vt ostendant lineæ croceæ a b, c d. Deinde in parte prima inueniatur basis vnius trianguli duorum æqualium laterum, vt ostendit linea crocea e f. & eodem modo inueniatur in secunda parte alia basis, vt demonstrat linea crocea f g. deinde quilibet prædictorum triangulorum diuidatur per medium secundum doctrinam datam in tertia figura primi, scilicet ducendo lineam à puncto b. primi trianguli b e f, vsque ad punctum h. qui est medium basis e f.

& à puncto d. ſecundi trianguli g d f. vſq; ad punctum i. qui eſt medium baſis f g. & illæ lineæ ducantur verſus ſpatium; quod remanſit in medio, & coniungantur in puncto k. & illa eſt linea diuidens directò per medium, iure propinquitatis. Sed huic opponitur, quòd punctus h. quem dicis ſecare per medium, magis appropinquat ripæ ſuperiori in puncto f. quàm inferiori in puncto m. Reſpondeo, quòd



verum eſt, vt oſtendit circulus azureus e f, ſed ille punctus k. eſt æquè propinquus puncto e, & puncto g, ſicut puncto F, ripæ ſuperioris; Quod patet, quia circulus ductus ſuper puncto k, æqualiter tangens dicta puncta e, f, g. punctualiter æquè diſtat. Concluditur ergo quòd verè dicta linea b h k i d, eſt linea diuidens iure propinquitatis inter dictas ripas. Ex hac enim figura ſummendum eſt, quòd poſito vno triangulo, ſi ducantur duæ lineæ diuidentes duos angulos per medium, illæ lineæ iunguntur in puncto, ſupra quem poteſt conſtitui circulus tangens æquè, & punctualiter tres lineas trianguli dati, & demonſtratur hoc Euclid. libro quarto, concluſione quarta. LEMMA.

FIGVRATA PROPOSITIO XIV.

ISTA figura habet punctum ſolum in ripa ſuperiori, d. cui de inſula debetur aliquid iure propinquitatis: in inferiori habet angulum a b c. Ducatur ergo linea a c, quam lineam conſtat tangi à puncto d. diuiſio igitur iure propinquitatis debet hoc modo fieri: Tam in capite, quàm in fine, fiant trianguli duorum æqualium laterum, vt factum eſt in precedenti figura; quorum

primi basis erit linea crocea d f, & alij, linea d g, & illud spatium; quod est intra illas lineas d f. d g, debet diuidi iure propinquitatis inter punctum d, & totam ripam prædij inferioris; quæ diuisio fiat diuidendo duos triangulos a d f, & c d g, per medium, secundum doctrinam precedentem, & illæ duæ lineæ se contingunt in puncto e,



& ille punctus est centrum circuli; qui tangit punctum d. in ripa vlteriori. In anteriori verò, vel citeriori tangit punctum f, & punctum g. omnes alij pũcti sunt magis remoti, vt ostendit circulus f d g, croceus ductus. Restat ergo, quòd fiat diuisio huius partis Insulæ; quę est extra illum quadrangulum d f b g. Et si benè respicitur, quicquid est extra illud, apparet esse intra duas lineas rectas, & tunc, aut sunt rectæ secundum se æqualiter, aut inæqualiter. In quolibet prædictorum casuum habes modum diuidendi ex his, quæ dicta sunt supra in prima, & secunda figura huius lib. secundi.

His circa diuisionem Insularum præmissis, prædicta faciunt in argumentum ad quæstiones quotidianas, & de facto emergentes. Dicamus, commune Perusij statuit, quòd si qua possessio reperiretur in comitatu Perusij; quæ non esset attributa alicui villæ, vel castro, quòd talis possessio cederet territorijs illarum villarum, & castrorum; quæ essent propinquiores, contingit quòd reperitur quoddam magnum podere intra confinia trium villarum, quod nulli villæ, vel castro attributum est, Quid iuris? Ex hoc themate oriuntur plures quæstiones. Prima est, quomodo intelligatur illud; quod dicitur, quòd cedit illi villæ; quæ est propinquior. Respondeo primò quatenus est propinquior, Non enim si vna villa magis propinquat vni

puncto, ideo ei attribuetur totum, sed cuilibet de dicto podere attribuetur quatenus propinquior est, hoc apparet ex isto §. Insula, quem supra legimus, ibi, Quòd si alterius parti proximior sit, & hoc dixi supra in glo. super verbo, communis fiat eorum. Sed est videndum à qua parte villæ, vel castri debeat incipere mensurator. Ad quod sciendum est, quomodo cognoscatur ciuitas, vel villa, de quo per do. Ioan. Andr. de senten. excomm. cap. si ciuitas. lib. sexto, in nouella. Tu clarius, & breuius dic, quòd licèt in vsu nostro ciuitates appellemus, quæ habent Episcopum, tamen antequàm Episcopi essent, erat appellatio ciuitatum, & denominabantur ab illis Officialibus; qui tunc erant, vt lxxx. distinctio. can. vrbes, & loca, &c. cum duobus sequentibus. Dico igitur, quòd propriè dicitur ciuitas omnis locus; in quo exercetur iurisdictio illa; quæ competit defensoribus ciuitatum; de qua dicitur in Authen. de defen. ciui. §. iusiurandum. Et nota quòd triplex est ciuitas. Quædam maxima, vt ciuitates Metropolitanæ; in quibus stabant Præsides, & Præfecti prętorio: hodie Reges, & Curiæ Regum, ad quos appellatur. Alia est ciuitas magna; in qua est forum causarum meri, & misti Imperij. Alia est ciuitas communis; in qua est forum causarum; quæ competunt defensoribus ciuitatum, vt supra dixi, & probatur. ff. de excusatione tut. l. vj. si duas. §. decet. Vnde licèt locus non habeat Episcopum, vel sit ciuitas priuata Episcopo, tamen ciuitas remanet propter forum causarum secularium: Ideo autem venit in vsu, vt ciuitas appelletur, quæ habet Episcopum, quia Episcopus non consueuit ordinari, nisi in illis locis, vbi antiquitùs erat nomen ciuitatis, d. c. j. lxxx. distinctio. dixi. C. de Metropo. Beryt. l. vn^a. lib. xj. Secundò est castrum, & illud dicitur, quasi casa alta, hoc est locus fortis, in quo dicta iurisdictio non exercetur, vt. C. de fun. limitr. l. ij. quicunque castellorum. lib. xj. & dist. lxxx. c. Episcopis non in castellis. Tertiò est villa, & illa secundum propriam significationem dicitur à vallo, hoc est ciuitas; quæ non cingitur muro, sed vallo, secundum Hug. Sed in vsu nostro villa appellatur quædam vicinia plurium habitantium, sine aliquo municipio; quæ propriè loquendo dicitur vicus, secundum Hugo. Et ita accipit gloss. de iust. & iur. l. v. ex hoc iure gentium, in glo. super verbo collata. Ad secundum dicendum est, quòd mensuratio debet fieri ab illa parte loci; quæ pro-

pinquior est loco mensurando, vt supra ostensum est in alijs, vnde in castro erit clarum: In villa poterit dubitari; quia domus sunt sparsę, sed puto, quòd si esset aliqua domus; quæ distaret multum ab alijs, quòd illa domus non dicatur de vicinia sua, maxime si vox audiri non poterit l. 1. cum aliter. §. eodem autem tecto. ff. ad senatusconſ. Syllan. & quod plenè dixi de aq. plu. ar. l. vj. si tertius, in princ. & aduertendum est, quòd licèt lex dicat, q̃mille passus debeant mensurari à continentibus ædificijs l. cliv. mille passus. de verb. signif. tamen in præsenti statuto, puto, quòd debeat inchoare ab ipso muro ciuitatis, vel castri, vel ab ipso loco, vbi villa terminatur. Sed quia hoc inuenire est difficile, ideo hoc declarabo per sequentes figuras.

FIGVRATA PROPOSITIO XV.

Lvius poderis diuisio facienda est per istum modum. Primò in qualibet villa faciendus est punctus; qui plus est illi poderi relicto propinquior; & quia circinus non posset haberi ita longus, qui extenderetur ab vna villa ad aliam, seruandus est iste modus. Primò ducatur ab vna villa ad aliam, prout respicis, linea recta, & à prima villa vsq; ad secundam ducatur linea azurea a c. Et à secunda ad tertiam linea c b. A' prima verò ad



tertiam linea a b. Deinde in qualibet istarum reperiatur punctus medius, & in linea a c, erit punctus e. & in ea linea ducantur duo puncti æquidistantes h i. Deinde ponatur circinus in h. & extendatur vsq; ad i, & ducatur linea D I F. circulariter, & eodem modo ponatur in

puncto i.

puncto i. & extendatur ad h. & ducatur linea D H F. circularis, & vbi illæ lineæ se proscindent, recta linea ducta erit ad diuidendum per medium inter illas duas villas, & sic linea e p. diuidit inter primam, & secundam. Et eodem modo fiat inter secundam, & tertiam villam; inter quas diuidit linea g. non repetendo alias literas; & eodem modo fiat inter primam villam, & tertiam: nam linea diuidens inter eos erit p q. Ex quibus concluditur, ꝙ quicquid est supra illas duas lineas e p. p q. pertinet ad primã villam, & quicquid est inter illas duas g p. e p. pertinet ad secundam, & quicquid est inter illas duas g p. p q. pertinet ad tertiam villam. Si autem plures essent quàm tres, statim patebit in sequenti figura.

FIGVRATA PROPOSITIO XVI.

FACTA est ista figura ad ostendendum qualiter si podere relictum est in confinibus plurium villarum, quibus modis debet fieri diuisio. Pone ergo, quòd puncti villarum circumstantium, à quibus debet incipi mensura, sint a b c d e f. Podere autem relictum sit inter ipsos punctos, vt ostendit nigra figura inter ipsos facta. Primò fiat diuisio inter tres primos punctos, scilicet a. b. c. secundum doctrinam precedentem. Dico ergo, quòd inter a, & b. diui-



dit linea rubea g k. & inter a. & c. diuidit g i. & sic punctus g. est centrum circuli; in cuius circumferentia ponuntur dicti tres puncti a. b. c. secundum doctrinam datam supra; & hoc ostendit circulus A B C. rubeus ductus. Secundò fiat diuisio inter b. c. d. Dico, quòd

linea

linea g h. diuidit inter b. & c. & linea h l. diuidit inter c, & d. & linea h p. diuidit inter b. & d. & sic punctus h. est centrum circuli ponens in eius circumferentiam puncta b c d. vt ostendit croceus circulus B C D. ductus. Deinde fiat alia diuisio inter c. d. e. secundum doctrinam præcedentem, & reperies punctum l. centrum, & reduces in circumferentiam illos tres punctos c d e. Et etiam punctum f. secundum designationem prædictam, vt ostendit alius circulus ruheus C D E F. Sed si punctus f, in dictam circumferentiam non caderet, tunc inter d, e, f, fiat alia diuisio similis.

FIGVRATA PROPOSITIO XVII.

FIGVRA ista est facta, quoniã de quadam dubitatione supra dictũ est in expositione, vers. si quidẽ mediã partem. in fi. Et indiscussione quoq; versiculi. Quod si ex vno latere: De lateribus scilicet superiori, & inferiori; ante, & retrò: dextra, & sinistra. Pone ergo, prout de facto contigit, ꝙ quidam habebat p̃dium istius figurę, vt demonstrant lineæ cõtentę sub his literis a. b. c. d. e. Iste vendidit mihi quatuor stadia prædij à parte inferiori, & constituit se meo nomine possidere. Ex isto facto oriuntur plura dubia. Primò an dicta quatuor stadia videantur mihi vendita pro diuiso, aut pro indiuiso. Et videtur, ꝙ pro diuiso, quum non sit certum, quæ sint illa quatuor stadia. E' contra videtur, ꝙ pro diuiso; quia dicitur à parte inferiori, & sic est certus locus, vbi sint illa stadia. Solutio: pro diuiso potest accipi duobus modis. Primò pro diuiso, hoc est, ꝙ nulla pars sit; in qua sit communio, licèt termini non sint positi: vt l. xxix. inter eos, de acquir. rerum domin. & isto modo videtur venditio facta pro diuiso: vt enim se extendunt quatuor stadia incipiendo à parte inferiori sunt vendita, vltra non. Secundò, potest accipi pro diuiso, hoc est, terminato, & isto modo pro indiuiso sunt vendita, hoc est tanquam non determinata, vt probatur. ff. de aquir. possess. l. xliij. si quis fundum. §. j. secundum primam lecturam gl. Sed videndum est, an ista quatuor stadia possent possideri antequam mensurentur: Et videtur quòd non, quia pars incerta non potest possideri. l. iij. possideri autem. §. incertam. l. xxvj. locus. de acquir. possess. Sed hîc est incertum, vsq; ad quam partem vadant dicta quatuor stadia, ergo, &c. In contrarium videtur, ꝙ certum est, in quo lo-

co debentur dicta quatuor ſtadia, licèt fines ſint incerti: ſed incertitudo finium non impedit. vt. ff. pro emp. l. ij. pro emptore. §. ſed & ſi fundus: ſed poteſt reſponderi; quòd ibi credebat in animo ſuo poſſidere vſq; ad certos fines, hîc verò ignorabat. Dico ergo, quòd poſſidentur dicta quatuor ſtadia, quia locus eſt certus, & fines ſunt certi adhibita diligenti inquiſitione per menſorem, quod ſufficit ad poſſeſſionem, licèt ad oculos non videatur. vt. ff. de acq. poſſeſſ. l. iij. poſſideri. §. nerua filius. Item qui fundum ingreditur eo animo, vt fundum poſſideat, totum vſq; ad terminum poſſidet, nec requiritur, quòd terminum videat. vt l. iij. poſſideri. in princ. de acquir. poſſeſſ. aliàs multi dominorum non poſſiderent; qui terminos prædiorum ignorant. Tertiò eſt videndum, vtrũ tranſlatum[a] ſit dominium in emptorem per talem contractum. Reſpondeo, iſta emptio facta eſt ad menſuram, ideo antequam menſuretur, non eſt perfecta venditio, ſicut facta ſub conditione: vt. ff. de contrah. empt. l. xxxv. quod ſepè. §. in ijs, & de peric. & commo. rei vend. l. x. ſi in venditione. §. 1. An aũt transferatur dominium interim, vel vſucapio? Et de hoc ſunt opin. ff. pro empt. l. ij. pro emptore. §. ſi ſub conditione, & pro dot. l. ij. ſi eſtimata, teneo, ꝙ transferatur titulo pro ſuo, vt ibi dixi. Quartò eſt videndum qualiter debeat fieri menſura termini dictorum quatuor ſtadiorum, vt ex parte inferiori cognoſcatur. Ad hoc dico, quòd facta eſt ſequens figura, & pone quodlibet quadratum ſit vnum ſtadium, & ſic habet fundus xxxiij. ſtadia, quia ibi vides xxx. quadrata integra, & ſex dimidia quadrata, quę faciunt tria integra, & ſic ſunt xxxiij. Et videtur, ꝙ emptori debet aſſignari terminatè illud, quod eſt intra triangulum p. e. q. Illa. n. sũt quatuor ſtadia; quę habẽt duo quadrata integra, & quatuor media; quę faciũt duo alia, & ſic ſunt quatuor: & ꝙ ex illis duo faciant vnum integrũ, ꝓbatur ex quadrato h. & lineis ibi ductis. Itẽ illa quatuor ſtadia ſunt à parte inferiori, vt patet ad oculum: vnde terminatio facta eſt recta. Sed contra iſtã terminationẽ opponitur, ꝙ ſecundum hoc, iſte emptor non habebat à parte inferiori totius fundi, ſed certæ partis fundi, quod patet; qa de illa parte fundi c p. & d q. nil habet, & ideo videtur, ꝙ diuiſio ſic fit facienda, ducantur lineę f g. & g h. quę tangunt vltimam partẽ totius prędij, & conſtat, ꝙ intra illã lineam. f g h. & lineam c e d. ſunt duodecim dimidia quadrata, & ſic, ſex ſtadia: Quapropter continet di-

midium

midium pluſquam debeat habere emptor. Et ſi diuidatur, quod eſt inter dictas lineas in tres partes, vt oſtendunt lineæ i k. k l. & lineæ m n. n o. duæ partes vltimæ erunt de neceſsitate quatuor ſtadia, & illa habebit emptor à parte inferiori totius fundi, ſiue prædij. Iſta



vidi in quęſtione de facto eſſe magni effectus, quia cum in prædio eſſet quædam domus, ſecundum vnam determinationem cedebat emptori: ſecundum aliam non. His opinionibus poſitis, videndum eſt quid iuris. Ad huius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ fundus eſt quoddam totum; & quælibet gleba ipſius eſt pars totius fundi. vt l. iij. poſsideri. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. facit. ff. de furtis. l. xxj. vulgaris. in princ. Item ſciendum eſt, ꝙ cum dico pars inferior fundi, intelligitur illa pars; quæ in fundo eſt infima, ſeu magis infra, ita ꝙ infra illam nulla ſit alia, vt. ff. de vulg. & pupill. l. xxxiv. ex duobus, de reb. dub. l. x. qui duos, de verb. ſignif. l. xcij. proximus. In propoſito tamen dico, vendo quatuor ſtadia à parte inferiori, intelligo de illis ſtadijs; quæ ſunt in ea parte fundi; quæ eſt magis infra. vt l. prima. §. fi. de aqua plu. arc. & de leg. ij. l. lxxxviij: Caius. §. primo. Videbitur ergo vendita illa pars; quæ continetur in illo triangulo p e q. quia in illo eſt inferior pars totius fundi. Quoniam hîc conſideratur fundus tanquam vnum totum, vt dictum eſt: & per prædicta multas potes dirimere quæſtiones.

ADDITIO.

a ¶ Vtrum tranſlatum. Vide Pet. Philipp. Corn. in conſ. 50. in 1. vol. incip. Videtur in hac conſultatione. Et Philip. Decium in conſ. clxxix. in l. traditionibus. C. de pactis. Thom. Diplcuat.

TRACTATVS DE FLVMINIBVS DOMINI BARTOLI De Saxoferrato; in cuius TERTIA HAC PARTE de Alueo fluminis varij casus, & euentus per solam verborum Legislatoris discussionem declarantur, ab HERCVLE BVTTRIGARIO SACRAE LATERANENSIS AVLAE Equite aurato diligentissimè demum recognitus in lucem prodit.

VPEREST, vt de alueo dicamus, sequentes ordinem; quem Iurisconsultus Caius sequutus est. Primò igitur verba eius referamus; quæ posuit. ff. de acquir. rer. dom. l. vij. adeo. §. quòd si toto. quæ verba sunt hæc. Quòd si, toto naturali alueo relicto, flumen aliâs fluere ceperit, prior quidem alueus eorum est; qui prope ripam prædia possident pro modo scilicet latitudinis cuiusq; prædij; quæ latitudo prope ripam sit. Nouus autem alueus eius iuris esse incipit; cuius & ipsum flumen est; idest publici iuris gentium. Quòd si post aliquod tem-

pus ad priorem alueum reuersum fuerit flumen, rursus nouus alueus eorum esse incipit; qui prope ripam eius prædia possident; Si cuius tamen totum agrum nouus alueus occupauerit, licèt ad priorem alueum reuersum flumen fuerit, non tamen is, cuius ager fuerat, stricta ratione, quicquam in eo alueo habere potest: Quia, & ille ager; qui fuerat, desijt esse, amissa propria forma. Et qui vicinum prædium nullum habet, non potest ratione vicinitatis vllam partem in eo alueo habere: sed vix est, vt id obtineat. Aliud sanè est; si cuius ager totus inundatus fuerit: Namq; inundatio speciem fundi non mutat, & ob id cum recesserit aqua, palam est eiusdem esse; cuius & fuerat. Hæc ille. Legis ergo verba discutiamus. Ait lex.

Quòd si toto, Ideo dicit, toto, quia si partem tantùm relinqueret, cederet tantùm illis; qui prædia possident ab ea parte; qua alueum dimittit, & acquiritur eis per eum modum; quem supra de alluuione in primo libro diximus. Non solùm enim est alluuio, si flumen ponat, sed etiam si paulatim retrocedat nil apponendo, vt. ff. de acquir. rer. domi. l. xxxviij. Martius. licèt glo. ibi in verbo alluuione, dicat, quòd impropriè dicitur alluuio: sed Azo in Summa. C. de Alluuion. & palud. dicit, quòd propriè alluuio est; quod puto verum: argum. ff. de acquir. rer. dom. l. xxx. ergo. §. tribus. Sed quando totus alueus relinquitur, illa est noua cessio, nec est alluuio, nec est insula, vt dicit glo. super isto verbo, toto.

Naturali, Naturalis alueus dicitur consuetus, vt. ff. de flum. l. 1. ait Prætor. §. ripa. & ibi not. quia naturalis cursus æstate discernitur potius quàm hyeme, vt. ff. ne

quid

quid in flum. publ. l. j. ait Prætor. §. his autem . Alneus verò; qui non eſt naturalis, dicitur inundatio, vt infra circa finem dicetur . Vel dic , alueus naturalis , ideſt , antiquus : & ſic ad differentiam noui aluei ; de quo infra dicetur .

Alueo, Alueus propriè venter fluminis eſt, ſecundum Hugu.

Relicto, Perfectè oportet, quòd ſit relictus, vt cedat vicinis : quòd autem perfectè ſit relictus , conſtat in hyeme : & ſic per contrarium eſt , quòd ſupra dictum eſt , nec etiam alueus conſtat æſtate, quando aqua minor, arguendo à minori ſic : In æſtate ; de qua minus videtur, detinetur talis locus flumine occupatus , ergo multò magis detinebitur hyeme. Quòd autem ſit derelictus, conſtat ex hyeme, arguendo à minori negatiuè . Si talis locus non eſt detentus : ſed derelictus in hyeme ; de quo magis videtur ineſſe, & ineſt , quòd debeat deſineri occupatus, ergo multò magis erit derelictus, & non detentus in æſtate. Et ꝙ hoc ex hyeme inſpiciatur, patet, quia quandoq; æſtate flumina perennia etiam exareſcunt, vt. ff. de flumin. l. j. §. j. Item derelictum intelligo , etiam ſi aliquantulum aqua fluat per antiquum alueum, ſi tamen ita ſit modica, quòd fluminis nomen perdiderit, quod ex opinione circumcolentium diſcernitur d. l. j. §. j. ff. de flumin. Si enim aqua inde currens non eſt flumen , ergo locus ille non eſt alueus fluminis . Item relictum intelligo, ſi ſine ſpe redeundi . Quid enim ſi ideo aqua, quia ducitur ad molendinum, ceſſat ire per alueum? Alueus priuatus non efficitur , cum in poteſtate ſit ducentis, eam in alueum remittere, & ſic ſufficit, quòd poſſit ire per alueum , licèt non vadat. arg. ff. de aqua quoti. & eſtiu. l. j. ait Prætor. §. duo autem . Item pone , vt de facto eſt Nurſiæ, flumen quoddam ; cuius nomen eſt Turbido ; quod ſeptem annis fluit, & ſeptem annis occultatur , & ſic factum eſt à tempore ; cuius non extat memoria , an dicetur alueus derelictus? Certè illo tempore ; quo occultatur , non dicitur alueus derelictus propter conſuetudinem reuertendi. arg. ff. de acquir. re. dom. l. v. naturalem alueum. §. Pauonum .

Flumen, Idem in lacu, ſtagno, riuo, foſſato; quæ ſunt publici iuris, vt dictum eſt in præcedentibus.

Aliàs. Scribitur breuè, & ſic eſt aduerbium loci, ideſt alio loco; interdum eſt aduerbium temporis, vt aliàs, ideſt alio tempore, vt. ff. de arb. l. xxxij. diem. Vel aliàs, ideſt aliquando: & quando in eadem oratione reperitur pluriès, aliàs, vt. ff. de condictio. ſine cauſa. l. iij. qui ſine. & de verb. oblig. l. liiij. in ſtipulationib⁹. in princip. & de pecul. lega. l. viij. denique. §. vtrum autem. & §. interdum. Interdum eſt aduerbium qualitatis, vt aliàs, ideſt aliter, vel alio modo, vt. ff. de aqua quot. & æſti. l. j. ait Prætor. §. illud tamen. Interdum verò eſt coniunctio, & idem ſignificat, quòd ſi non, vt l. xxxvij. diuortio. ff. de nego. geſt. & ff. de iureiur. l. xviij. aliàs. Interdum ponitur pro alioquin; de cuius dictionis ſignificatione mirabili, ſcilicet de alioquin dixi plenè. ff. de condi. & demon. l. prima.

1 *Verbum præteriti ſubiunctiui rem præteritam ſignificat.*
2 *Alueus fluminis derelictus, vt acquiratur prædio, quid requiratur, & probandum ſit ex parte agentis.*

1 **Fluere ceperit,** † Præteritum ſubiunctiui eſt, quod rem prꝛteritam ſignificat. l. j. §. fin. Hæc autem. ff. quod quiſq; iur. & de verb. oblig. l. cxij.
2 ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, in princ. † Requiritur ergo, quòd veterem alueum reliquerit, & ꝙ per alium locum perfectè fluat, & hoc ideo, quia quotidie communiter contingit, quòd alueus non dimittitur, niſi alius aſſumatur. Sed ſi contigeret, quòd flumen occultaretur, nec alio loco flueret, idem eſſet, quòd ſi alueus dimiſſus eſſet, & eſſet eorum; qui prope ripam prædia poſsident. Idem puto, ſi in iudicio probaretur ſolùm, quòd alueus eſt dimiſſus, licèt non probaretur, ꝙ alio loco fluere cepit, tamen agens debet obtinere. Sufficit ergo primùm, ſi à primo incipias, ſcilicet ab alueo derelicto. Si verò incipias à ſecundo, ſcilicet quòd alio loco cepit fluere, requiritur vtrunq;. Poteſt enim eſſe, quòd per duo loca fluat, & in quolibet retineat nomen fluminis, vt apparet in Pado propè Ferrariam, facit ad prædicta. ff. de acquir.

poſſeſſ.

possess. l. viij. quemadmodum . & quod ibi not.

Prior, Prior quidem dicitur comparatione sequentis, vt ff. de aqua quotid. & æstiu. l. j. ait Prætor. §. primo, & ideo si flumen se celasset, derelictus non esset alueus prior, & tamen haberet locum hæc lex, vt dictum est, probatur. ff. de aqua quotid. & æstiu. l. j. §. qui hac æstate.

Alueus, Vocat alueum; qui non est modo: sed iam fuit, sic. ff. de acq. rer. dom. l. lvj. insula, in fi. ff. de negot. gest. l. xxxvij. diuortio. in princ. quod facit pro Notarijs, & testib⁹, quando dicunt, talis filius Titij, cum Titius sit mortuus.

Eorum est, Iure dominij, vel quasi, vel alio, prout sunt prædia; quibus adhæret, prout dictum est in primo libro, in verbo nostro.

Qui prope ripam prædia possident, Quid sit prope ripam prædia possidere, dic, vt dictum est in præcedentibus libris. Aduertendum tamen est, quòd hîc non dicit ab vtraq; parte, licèt in præcedenti dixerit: quoniam ripa non potest esse insula, quæ ab vtraquè parte habeat prædia: Alueus verò derelinqui potest ab vna parte, tunc si quidem derelinquitur paulatim, fit acquisitio iure alluuionis. ff. de acquir. rer. domin. l. xxxviij. Martius, vt supra dixi. Si verò tunc simul sit acquisitio aluei derelicti, vt hoc. §. Si tamen alueus totus ab vna parte relinquitur, tunc inter eos; qui ab vna parte prædia possident, fit diuisio pro modo latitudinis cuiusq; prædij; quę latitudo prope ripam sit, vt statim sequitur, & ideo eodem modo; quo supra in alluuione ostendimus. Si verò alueus ita derelinqueretur, quòd ab vtraq; parte essent prædia, tunc inter eos; qui possident prædia ab vtraq; parte, fiet diuisio iure vicinitatis, & propinquitatis, & sic per medium, vt dictum est de insula, & probatur infra, ibi, non potest iure vicinitatis, &c. Inter eos verò; qui ab vna quaq; parte possident, fiet diuisio pro modo latitudinis, vt dictum est de alluuione, & sic eodem modo fiet diuisio, diuerso tamen iure; quia ibi iure alluuionis, hîc aluei derelicti.

Pro modo scilicet latitudinis cuiusq; prædij; quæ latitudo prope ripam sit, Hæc verba satis supra proximè, & in præcedenti libro exposita sunt.

Nouus. Nouus autem alueus dicitur ad differentiam veteris, & sic, si per multos annos steterit, sic appellatur, donec nouus alius alueus superuenerit, vt. ff. de vsufruct. leg. l. si vsusfructus, & quod not. si certum petatur. l. iij. cum quid. Aliàs autem dicitur nouum, idest insolitum, vt. C. de iudi. l. xij. rem non nouam, & ff. de ventr. inspic. l. j. temporibus. In alijs etiam significationibus accipitur; de quibus dixi. ff. de oper. noui nunciat. super Rubrica.

1 *Incipit, & desinit, adiecta facto habenti tractum successiuum, quomodo accipiantur.*
2 *Incipere impropriè, & largè dicitur; qui se præparat ad incipiendum.*
3 *Incipere propriè dicitur; qui aliquid incipit facere de eo, quod est faciendum.*
4 *Incipere etiam dicitur; qui multa ipsi inceptioni adijcit.*
5 *Iuramentum calumniæ si præstatur post litem contestatam, dicitur præstitum in exordio litis.*
6 *Desinere aliquid quando dicatur.*
7 *Incipit, & desinit si adijcientur tempori, quomodo accipiantur.*
Dies quando dicatur incipere, & quando desinere.
Annus quando dicatur incipere, & quando desinere.
8 *Incipit, & desinit si adijciuntur loco, qualiter accipiantur.*
9 *Incipit, & desinit, quando adijciuntur essentiæ alicuius substantiæ, vel qualitatis, qualiter intelligantur.*
10 *Incipit, & desinit, quando adijciuntur potentiæ alicuius, qualiter intelligantur, vt quis dicatur posse.*

Eius incipit iuris esse, In hoc tex. pluries Iurisconsul

tus

tus vtitur verbo, incipit: item vtitur hoc verbo; desinit, vt infra statim subditur, ibi, desijt esse, &c. De quorum verborum significati one varias contentiones vidi inter Dialecticos; ad quorum sensum si reduceretur, iuris nostri sensus peruerteretur; Ideo secundum legalem doctrinam quid ista verba significent, explanemus.

1 Ad quod sciendum est, quòd † hęc verba adijciuntur quandoq; facto, quod habet tractum, seu successionem quandam in faciendo: quandoq; adijciuntur tempori: quandoq; loco: quandoq; essentiæ alicuius rei: quandoq; potentię. De quolibet videamus.

2 Primò adijcitur facto, & tunc tribus modis accipitur: primò † largè, & impropriè, vt dicitur incipere ille; qui se præparat ad incipiendum, vt in casu speciali. ff. de pollicit. l. j. si pollicitus. §. cepisse; ibi si apparatum, siue impensam in publico posuit; aliàs autem per dicta præparamenta non dicitur quis incipere. l. v. si pecuniam, in versic. Nam si ita res. ff. de condiction. cau. da. &

3 de procur. l. xv. si defunctus. Secundò † accipitur propriè eo ipso, quòd incipit aliquid facere de eo; quod est faciendum: vt si fundamenta facit, & similia, & in alijs exemplis positis in d. §. cepisse. & de oper. no. nuncia. l. v. de pupillo. §. nunciationem; ibi, inchoet, &c. & d. l. v. si pecuniam. Et hoc modo dicimus, quòd lite contestata incipit iudicium, quia tunc incipit tractari de his;

4 quæ sunt de substantia causæ. Tertiò modo † dicitur quis incipere, non solùm in ipso actu; quo incipit, sed etiam in multis; quæ sunt posita propinquius ipsi inceptioni: vnde istud verbum, incipit, non solùm verificatur in primo lapide; qui ponitur: sed etiam multa; quæ postea fiunt, dicuntur esse de inceptione, vt. ff. de

5 oper. nou. nuncia. l. xxi. stipulatio. §. opus. † Sic etiam iuramentum calumniæ, quod præstatur post litem contestatam, sic postquàm lis incipit, dicitur fieri in exordio litis. vt. C. de iuramen. calumn. l. ij. cum &. §. fin. sed prædictum. Itaq; eodem modo

6 in verbo, desinit; primò † dicimus definere; qui ad hoc tendit, vt desinat, argum. de excusation. tut. l. xx. non tantum. & de damn. infect. l. xviij. damni. §. sabini. Item desinere dicitur res; quæ non perfectè desinit: sed incipit desinere, vt de contrahen.

7 empt. l. lvij. domum. Secundò, dixi, quòd † hæc verba quandoq; adijciuntur tempori, & tunc similiter tres significationes ha-

bent;

bent; exemplum in die artificiali: dicimus enim, quòd incipit manè: desinit, seu finit serò, vt. ff. de fer. l. viij. more. Rom. & ibi not. in Authen. de iudi. §. sedebunt. Dic ergo, quòd mane intelligitur ante ortum solis, cum iam cœlum incipit albescere, vt. ff. de liber. & posthum. l. xxv. Titius. §. Lucius Titius. Et tunc dicemus, dies incipit, sed tunc non est dies: sed statim erit; hæc tamen non est propria locutio. Secundo modo, mane dicitur in ipso puncto; quo sol oritur, & tunc verè dicitur, incipit dies: sed cum sol est supra terram, dies est, vt. ff. de verb. signif. l. cxxiv. hæc verba, ille aut ille. Tertiò, per aliquale spatium post ortum solis adhuc dicimus, dies incipit, & ita loquimur, licèt non sit propria locutio: tamen hoc scire necesse est propter dicta testium, & propter multa. Eodem modo desinit, scilicet cum est prope occasum, & cum verè occidit, & aliquo spatio post: facit ad prædicta; quæ dixi. ff. de pæn. l. xvj. aut facta. §. tempus. Eodem mo
a do a in anno incipit, & desinit habent tres significationes: sed in aliquo differunt. Nam in tempore antequam verè incipiat, & in ipsa inceptione idem est in die, & anno: sed in eo, quod sequitur, postquam incipit, differunt in tempore. Nam cum annus, & mensis sit longius tempus, longiori spatio durat illud tempus; quo dicimus incipit: rectè per vnam diem, & fortè per plures dicimus mensis incipit, vel annus incipit; argum. ff. de furt. l. iij. fur est manifestus, & quod ibi dixi, & statim dicam de verbo, desinit; Similiter contingit in verbo, desinit: Nam primum tempus; quo incipit desinere, & cum dicitur desinit, est longius in anno, quàm in die: Nam aliquando tota vltima die dicitur desinit, vt. ff. de testamen. l. v. qua ætate. In alijs duobus idem est in anno, & die; & sicut annus, & dies in verbo, incipit, concordant in primo, & in tertio discordant: sic in verbo, desinit, discordant in primo, &
8 concordant in duobus vltimis, Tertiò dixi, quòd † hæc verba quandoq; adijciuntur loco, & tunc verbum, incipit, habet duas significationes. Prima est propria in illo puncto; in quo incipit, vt patet in principiis cuiuslibet libri, vbi Rubrica dicit, incipit liber primus, vel secundus. Secunda postquam incipit, per aliquod spatium adhuc dicimus incipit, vt supra dictum est: & de his; quæ consistunt in facto, & patent ex vsu communi. Rectè enim dici-

mus

mus territorum illius ciuitatis incipit in tali castro, vel villa, & longum spacium occupat. Et rectè dicimus, talis prouincia incipit in tali ciuitate: antequam verò perueniatur ad illum punctum; in quo incipit, verè in illo loco non vtimur verbo, incipit. De verbo verò desinit, dico, quòd duobus modis accipitur, sed è conuerso ad præcedentes. Nam antequam perueniatur ad vltimum punctum; in quo desinit, pro aliquod spacium dicimus, desinit: item in illo puncto; in quo desinit; post illum verò punctum, non vtimur verbo, desinit in presenti, sed desinit in præterito: &
9 hoc per se satis patet. Quartò, dixi, quòd † hæc verba quandoq; adiiciuntur essentiæ alicuius rei, siue illa res sit substantia, siue qualitas: & tunc propriè incipit esse, cum ex consumatione recipit formam, vt.ff. ad legem Falc. l. lxxix. si is; qui quadringenta. §. quædam. Et propriè desinit illo instanti; quo perdit formam, vt hîc in textu patet, ibi, desiit esse amissa forma. Apparet hoc in qualitate, dicimus enim quòd res incipit esse eius iuris; cuius est flumen, & sic illius qualitatis; quæ constituunt, & constituta desinunt modis: & ex his contingit, quòd aliquando aliquid eodem instanti incipit, & desinit, vt. C. de posthum. hæred. instit. l. penul. Quod certatum. ff. de nouation. l. xiiii. quoties, & de solution. l. xvi. sub conditione: prædicta procedunt propriè loquendo: impropriè verò dicitur incipit, & desinit hîc, sicut supra diximus, quando additur facto. Quandoq; enim dicitur aliquid esse, seu durare esse factum cum succesione, & isto modo desinere non potest dici, nisi illud; quod fuit, vt. ff. de condition. & demon. l. xcv. Titio vsusfructus, in princ. licèt impropriè ponatur, vt in l. iij. omnes. §. desinere. ff. vsufructuar. quemadmod. cau. Quin-
10 tò, dixi, quòd † hæc verba incipit, & desinit adiiciuntur potentiæ: vt aliquis incipit posse: vt aliquis desinit posse, & tunc dicta verba vnam significationem tantùm habent: tunc enim dicimus, quòd quis incipit posse, quando omnia concurrunt, quæ requiruntur, vt quis possit, vt. ff. de diuer. & temp. præscript. l. i. quia tractatus, & de verb. signif. l. cxxv. nepos Proculo. Et tunc quis desinit posse, quando desinit omnis spes potentiæ, quod quandoq; est ad vltimum vitę spiritum: quandoq; desinit ab aliquo spacio ante, vt. ff. de hæred. instituen. l. iv. suus quoq;. §. penult. in

fi. & ibi de hoc plenè dixi; & de conditio. inſtitution. l. xxv iij. ſi filius. Et prædicta vera, quando dicta verba, incipit, & deſinit ponuntur in tempore præſenti. Si verò ponuntur in præterito, tunc haberent ſignificationem certam.

ADDITIO.

a ¶ In anno, incipit. Vide, & adde eundem Bart. in l. iij. C. de temp. appell. & Ang. & Bal. in l. j. in princ. ff. de origin. iur. & in Rubr. ff. de rer. diuiſ. in virſic. Secundò quæro, quando dicatur principium. Et Alex. in conſ. ix. in vij. volum. incip. attentis verbis, in princip. Thom. Dipl.

Cuius, & ipſum flumen, Nota mirabile: Nam quicquid aliàs ſuperimponitur, cedit ſolo: hîc verò ſolum cedit a aquæ; cui ſuperimponitur, eſt ſpeciale in flumine, & mari, a & in cęteris aquis; quas in primo libro diximus habere ius allunionis.

ADDITIO.

a ¶ Et Mari. Facit tex. in l. riparum quoq; vſus in mari, cum prin. l. ſeq. ff. de rer diuiſio. & rationem aſsignant Io. Fab. & Ang. da Are. in §. cum in ſuo. Inſtit. de rer. diuiſ. & in l. in tantum. ff. de rer. diuiſ. & vide Ioan. de Imo. Alexand. & Iaſ. in l. j. §. nunc videamus. ff. de oper. no. nuncia. Thom. Dipl.

Ideſt, Hæc eſt coniunctio expoſitiua: ſuntq; aliæ; ſcilicet, videlicet, verbigratia, hoc eſt, vt variis legibus reperitur.

Publici iuris gentium, Omnes enim gentes iſto iure vtuntur, vt alia loca ſint publica; & puto talia loca eſſe in dominio eius; qui ibi tenet imperium; quod patet per leges; quæ ſoli principi permittunt diſponere ſuper his, vt l. cxxxvij. continuus. §. cum qui. ff. de verb. oblig. & de contrahen. empt. l. vi. ſed Celſus. in princip. & ff. de flumin. l. ij. quominùs.

Quòd ſi, Supradixi, quando dimittitur alueus antiquus. Hîc incipit ſecunda pars, quando dimittitur alueus nouus: & diuiditur hæc pars in tres. Prima loquitur, quando tempore occupationis noui aluei nullius ager totus

fuit

fuit occupatus. Secunda, quando alicuius ager totus fuit occupatus, quid sit de rigore iuris declaratur. Tertia quid sit de æquitate.

Post tempus aliquod, Hîc per dictionem post tempus, neutrum significatur, quod qualiter procedat, dixi in præcedenti libro.

Ad priorem alueum, Facti communiter accidentis euentum ponit, tamen idem videtur, si per alium locum fluere cæperit separatum ab antiquo, & nouo alueo.

Reuersum, Idest, retrò, seu iterum versum, vt. ff. de lega. ij. l. xxj. cum quidam vxori, & de verb. signific. l. xciv. verbum reddendi. Cætera verba; quæ sequuntur exposita sunt in præcedentibus.

Si cuius, Idest si alicuius.

1 *Perempta propria forma rei, res perit, & esse desinit.*
Propria forma rei: quæ sit.
2 *Plus, & minus non faciunt rem differre specie.*
3 *Forma rei substantialis qualiter cognoscatur.*
4 *Forma rei substantialis rerum inanimatarum est id; per quod ipsa consistit, & vnde denominationem nominis appellatiui accipit.*
5 *Res inanimatæ tunc perdunt eorum substantialem formam, quando illa communia accidentia: ex quibus sic denominantur, perduntur.*
6 *Res vna, & eadem diuersimodè secundum diuersas considerationes accipitur.*
7 *Acetum licèt in eadem substantia sit vt vinum, tamen venit appellatione vini.*
8 *Forma substantialis rerum animatarum anima vegetatiua, est ipsa anima vegetatiua.*
9 *Arbor propriè, quæ sit, & quæ dicatur secundum Iuristas.*
10 *Herba dicitur, quæ terra continetur, & separata à terra non dicitur propriè herba.*

11 *Anima sensitiua est forma substantialis rerum animatarum anima sensitiua.*

12 *Anima intellectiua est forma substantialis rerum corporalium, & intelligentium, vt homo.*

Homo, anima separata, non est homo, sed cadauer.

13 *Anima rationalis non præsumitur esse in monstro nato ex muliere, non habente formam exteriorem hominis: secus, si communi aspectu videtur homo.*

14 *Hominem nõ esse liberum, non est de forma substantiali, sed accidentali. Homo est animal ciuile, & politicum.*

15 *Hominum duæ sunt species, scilicet liberi, vel serui, considerando in esse naturali.*

16 *Seruus factus liber, vel è contra, videtur alius homo, & non tenetur ex antegestis.*

17 *Forma substantialis hominis politici est esse liberum.*

18 *Hominum species secundum ius ciuile sunt duæ, quia alij sui iuris, alij alieni.*

19 *Forma substantialis in rebus artificialibus est quædam aptitudo, quam habent ad illum finem; ad quem per artificem factæ sunt.*

20 *Forma substantialis rerum incorporabilium, secundum iuris dispositionem est indiuidua ex natura ipsius rei.*

Actionis natura dicitur figura ipsius.

Noua actio dicitur, cum aliquid additur, vel detrahitur naturæ actionis.

21 *Seruituti si aliquid detrahitur, non valet detractio: si additur, non est seruitus.*

22 *Stipulatio vitiatur, quando aliquid additur, vel detrahitur de eo, quod erat positum in interrogatione.*

23 *Obligationi de his; quæ ipsam respiciunt, nil potest addi, vel detrahi.*

Obligationi si additur, vel detrahitur, quantum ad exceptionem obligatio non mutatur, nec læditur.

Obligationi respectu rerum; quæ sunt in obligatione, & ipsis rebus diuisionem recipientibus, potest addi, vel minui, & isto respectu dicitur obligatio pro parte perimi.

24 *Iurisdictio in se non recipit augmentum, nec diminutionem, & ipsa non prorogatur: sed dicitur prorogari respectu materiæ.*

Stricta ratione, Strictam rationem vocat illam; quam infra ponit; ibi, quia ille ager, &c. quam rationem sic forma. Acquisitio noui aluei dimissi fit occasione vicinitatis: sed ei; qui nullum prædium habet, nil potest deberi ratione vicinitatis: ergo, &c. Quòd nullum prædium habeat, probatur, quia definit esse ammissa propria forma.

1 Ex quo nota, quòd † perempta forma rei desijt esse res, simile. ff. de statu hom. l. xiiij. non sunt liberi. ad exhib. l. ix. Iulianus scribit. §. si quis rem. Nota, quòd quando forma est perempta, non perit res, sed solùm cum perit propria forma rei. Quæ igitur sit ista propria forma, videamus. Vnde sciendum est, quòd quædam est forma substantialis, alia accidentalis. De accidentali non potest intelligi hîc, quia licèt vna res mutet sua accidentia, quia heri albus, hodie niger: heri iuuenis, hodie senex: heri paruus, hodie magnus, per hoc non definit esse idem, vt. ff. de Iudi. l. lxxvj. proponebatur. & de vent. inspicien. l. i. §. de inspiciendo; & ideo

2 dicimus, ℘ † plus, & minus non faciunt res differe specie, vt. ff. de fund. dot. l. fi. oportet ergo, ℘ hoc intelligatur de propria forma,

3 scilicet substantiali. † De ista igitur videamus qualiter cognoscatur. Ad quod dicendum, ℘ rerum quædam sunt corporales, q̃dam incorporales. Item corporales aliæ naturales, aliæ artificiales: Item naturales possunt considerari secundùm esse naturale, & secundùm esse mentale. Videamus ergo primò de rebus naturalibus corporalib' & istarum q̃dam sunt inanimatæ, quædam animatę. Animatæ quædam sunt animatæ anima vegetatiua, q̃dam ani-

4 matæ anima sensitiua; quædam animatæ anima rationali. † Rerum animatarum substantialis forma est id; per quod ipsa consistit; & vnde denominationem accipit, loquor de denominatione nominis appellatiui. Forma autem substantialis in qualibet re est inuisibilis secundùm philosophos: exemplum in homine; in quo substantialis forma est anima, vt in Clement. de Sum. trin. cap. j. Anima tamen videri non potest, sic nec forma substantialis ligni, vel lapidis, vel cuiuslibet rei. Sed per formas accidentales; quas vidimus, iudicamus de forma substantiali, quia homo habet corpus sic organizatum: ideo dicimus, quòd est homo: & si non haberet illam formam, diceremus, quòd non est homo, vt

l. xiv. non ſunt liberi. de ſta. hom. Ita in rebus inanimatis; in quibus cognoſcimus terram, quia habent accidentia terræ exteriora: ſi illa accidentia perderent, vt quòd de terra fieret lapis coctus, tunc amiſſa propria forma deſinit eſſe terra, & tranſit in aliam ſpeciem, & perdit primum nomen appellatiuum, & aſſumit aliud. Sic è conuerſo, ſi glans, vel aliud pomum in terra corrumpitur, perdit nomen glandis, vel pomi, & aſſumit nomen terræ, vt. ff. de glan. legen. l. vn^d. Sic ſi vinum, vel mel commiſceantur, quodlibet perdit ſua accidentia, & tranſit in aliam ſpeciem, & vocatur mulſum, vt l. vij. adeo. §. cum quis. ff. de acquir. rer. domin.

5 Concludo ergo, quod † in iſtis inanimatis tunc perditur ſubſtantiale, quando perduntur illa communia accidentia; ex quibus res ſic nominatur: & ſepè apparet, quando res perdit nomen appellatiuum. & tranſit in aliud nomen appellatiuum alterius ſpeciei: & hoc apud Iuriſtas dicitur, quòd ſic communiter accidit, vt patet ex prædictis, & eſt expreſſum. ff. da aur. & argen. leg. l. vj. Seia. §. fin. & ideo dicit lex, quòd nomina appellatiua ſunt immutabilia, ſtante ſcilicet identitate. ff. de leg. j. l. iv. ſi quis in fundi

6 vocabulo. Sciendum eſt etiam circa prædicta, quòd † vna & eadem res ſecundùm diuerſas conſiderationes diuerſimode accipitur: vt ecce, in agris poteſt conſiderari reſpectu materiæ, quia terra eſt, & tnuc ibi, ſi flumen faciat alueum, non deſinit eſſe terra, & remanet in ſuo genere. Poteſt etiam conſiderari prout eſt terra apta, vt per eam poſsit agi, hoc eſt, animalia duci, & laborari; à quo ager recipit propriam denominationem, vt dictum eſt in principio huius libri, & iſto modo perdit propriam formam. Ita loquitur hîc textus. Non enim ipſam materiam primam debemus inſpicere, ſed illam qualitatem; à qua denominationem re-

7 cipit, & ſub illa denominatione apud nos ſic appellatur. † Sic ſimile in vino, ſi enim fiat acetum, adhuc eadem ſubſtantia eſt ſecundum conſiderationem materiæ, vt. ff. de contrahend. emptio. l. ix. in venditione. Secundùm autem conſiderationem propriam non eſt vinum, ſed alia ſpecies eſt, & vini appellatione non continetur, vt. ff. de trit. vi. & oleo leg. l. ix. ſi quis vinum. §. j. & §. ſi acetum quis, &. §. item ſi quis vinum. Secundò videndum eſt

8 † de rebus animatis anima vegetatiua, vt plantæ, & iſtarum om-

nium

nium forma ſubſtantialis eſt anima vegetatiua; licèt etiam ipſæ
9 habeant ſpeciem, vt arbor, & herba. † Arbor quidem dicitur tunc
propriè, cum radices ita in terram emmiſit, vt terræ alimento ve-
getetur, & eius materia dura eſt, & non tenera, tunc arboris ap-
pellatione continetur, vt. ff. arbor. furt. cæſ. l. iij. vitem. §. j. &
l. iiij. certè. & ideo ſi quid iſtorum deficeret, ſcilicet quòd deſine-
ret à terra vegetari, vel quòd fieret ita tener, ſicut herba, etiam ſi
non haberet formam ſubſtantialem, non eſt arbor, vt dictis legi-
bus. Et hoc ſtrictè loquendo: veruntamen quia apud Iuriſtas hoc
eſt duræ inueſtigationis, ſuadente æquitate, ſtatutũ eſt, vt arbor
intelligatur illa; quæ ſtirpitùs euulſa eſt, & in aliam terram tran-
ſlata, licèt nundum cum terra comprehenſa. Item quòd dicatur
arbor etiam illa; cuius radices mortuæ ſunt, & terra continetur,
hoc caſu impropriè dicitur arbor, cum anima vegetiua ſit priuata,
vt d. l. iij. vitem. §. quòd ſi quis. ff. arbor. furt. cæſ. illud verò
quòd à terra ſucciſum eſt, & ſic animam vegetatiuam; quæ eſt
eius ſubſtantialis forma, perdidit, non eſt arbor: ſed eſt lignum, ſi
cauſa cumburendi paratum eſt: vel vocatur materia, ſi parata eſt
ad aliquod ædificium, vt. ff. de leg. iij. l. liij. ligni appellatio. Eo-
10 dem modo videtur dicendum, quòd † herba dicatur, quando à
terra continetur: poſtquam verò ſeparata eſt, propriè deſinit eſſe
herba, & cadit in ſpeciem rerum naturalium; quæ anima carent,
licèt apud quoſdam nomen non mutet, ſed adiectionem recipit,
quòd primò dicebatur herba ſimpliciter, nunc dicitur herba ſicca,
vel herba ſiccata. vt. ff. de verb. ſignif. l. xxx. ſylua. §. j. & l. xxxj.
pratum, &. C. de paſcuis publ. & priua. per totum, lib. xj. Ter-
11 tiò videndum eſt † de rebus animatis anima ſenſitiua, vt ſunt ani-
malia; & iſtorum forma ſubſtantialis eſt anima ſenſitiua, & cum
ipſam perdiderit, deſinit eſſe illud, & vocatur cadauer, vt. ff. de
leg. ij. l. l. mortuo boue, in princ. & de condi. fur. l. xiv. ſi ſer-
uus furtiuus. §. boue. Verùm, quia iſtorum habentium animam
ſenſitiuam diuerſæ ſunt ſpecies, vt equus, bos, & ſimilia: ſi quid
naſcitur, quod non habeat figuram exteriorem dicti animalis, di-
cimus non eſſe illud animal; quia ex hoc, quòd non habet figu-
ram, dicimus non habere formam ſubſtantialem, vt in homine.
12 ff. de ſta. homin. l. xiv. non ſunt liberi. Quartò videndum † de

rebus

rebus corporalibus animatis anima intellectiua, vt homo: in his dico, quòd forma substantialis est ipsa anima, vt in c. j. de Sum. trinit. in Cle. & ea separata desinit esse homo, & cadauer voca-
13 tur, vt. ff. de cadauer. punitor. per totum. Item dico, quòd † si quid est; quod non habeat formam exteriorem hominis, vt quòd ex muliere nascatur monstrum aliquod; quod in communi respectu non dicitur homo, ius præsumit, quòd ibi non sit anima rationalis, & sic deficere præsumit formam substantialem; & iudicat, quòd illud non sit homo, vt d. l. xiiij. non sunt liberi; de sta. homin. & de verb. signif. l. cxxxv. quæret aliquis: sed si aspectu communi videtur homo, licèt ibi esset aliquid à natura auctum, vel diminutum, ius præsumit, q̃ ibi sit forma substantialis, scilicet anima, & sic sit homo, vt d. l. xiv. non sunt liberi. Quod ergo
14 ibi dicitur: non sunt liberi; quia contra formam, & è contra† intelligitur, de forma, hoc est figura; quæ est quædam forma accidentalis; quæ non dat, nec tollit esse rei, vt dictum est: sed pro tantò dicitur, non sunt liberi; quia ex defectu talis figuræ lex præsumit, quòd deficit forma substantialis; quæ est inuisibilis, sicut etiam dictum est in cæteris rebus: & hoc, prout homo consideratur in esse naturali. Sed quia homo est animal ciuile politicum, in esse ciuili, & politico habet aliquas differentias; quæ inducunt differentiam specificam, & ea existente, vel deficiente, videtur alia res esse. Hoc autem esse politicum, vel consideratur secundùm ius gentium, prout commune est omnibus gentibus: vel secundùm ius ciuile; quod proprium est ciuium Romanorum. Primo
15 modo sunt † hominum duæ species: quia alij liberi, alij serui, vt ff. de sta. homin. l. lij. summa itaq; diuisio. Liberi, dicuntur esse; serui verò secundùm ius ciuile, & politicum dicuntur non esse; quia seruitus morti assimilatur, vt l. ccx. seruitutem. ff. de regul.
16 iur. & l. xxxiij. quod attinet. † Videndum est autem quid de seruo facto libero, vel de libero facto seruo: videtur alius homo, vt l. xxvij. si seruus. §. seruo legato. de adim. leg. & si est factus liber, non tenetur ex ante gesto, quia nouus homo est, secundùm
17 istam considerationem, vt. C. an seru. ex su. fac. per totum. † Forma ergo substantialis hominis politici secundùm hanc considerationem est esse hominem liberum: deficiente libertate desinit esse

homo

homo politicus, & sic de eo, & super eo contrahitur, sicut de animalibus brutis. Aliquem verò esse liberum non inducit differentiam specificam inter homines; quia liber est: sed magis est differentia accidentalis, vt. ff. de iust. & iur. l. iiij. manumissiones. Si
18 verò consideratur † secundo modo, scilicet secundùm ius ciuile proprium Romanorum, tunc alia est diuisio; quia quidam sunt sui iuris: quidam alieni, vt liberi; qui sunt in aliena potestate, vt ff. de his; qui sunt sui, vel alien. iur. l. iij. Item in potestate: & tantum in hoc inducunt differentiam specificam, quòd olim filiusfamilias si efficiebatur sui iuris, videbatur alius homo; quia mutabatur forma substantialis secundùm istud ius ciuile, & per consequens non tenebatur illis obligationibus; quibus erat primò obligatus, cum sit alius homo, licèt per Prætorem restituentur contra eum actiones, vt. ff. de capi. dimin. l. ij. pertinet. §. ait Prętor. ibi, not. in gloss. Ex prædictis apparet ratio; quæ mouit Iuristas ad dicendum, quòd manumissione ad adoptionem quis efficitur ciuis vnius ciuitatis: nam sicut qui in natiuitate naturali efficitur ciuis, ita ista natiuitate ciuili: videtur enim nasci nouus homo. Aliæ verò qualitates hominum, vt quidam nigri, quidam nobiles, quidam plebei, quidam furiosi, quidam sanæ mentis, & similia non inducunt differentiam specificam, vt no. Inst. de iur. perso. in fi. & sic propter illam qualitatem esse, & non esse videtur alius homo: sed quò ad multa varios effectus habet. Quintò di-
19 cendum est † de rebus artificialibus: circa quæ dico, quòd istæ assumunt formam substantialem ex quadam aptitudine; quam habent ad illum finem, ad quem per artificem factæ sunt, vt domus: Tunc enim dicitur domus, cum habet debitas partes compositas, itaquòd est apta ad habitandum, vt ff. ad leg. Falc. l. lxxix. si his, qui quadringenta. §. quædam. Et ideo ea deposita, si quidem aliqua res permaneat apta ad illum vsum, adhuc retinet essentiam domus, vt ff. de vsufruct. & quemad. quis vtat. l. lx. si cui insulę. & de contrahen. emptio. l. lviij. domum. secus si in totum esset deposita, vt d. l. lviij. domum. & quib. mod. vsufr. ammit. l. v. repeti. §. fi. Item in scypho, vel alio vase facto ad finem bibendi, & commedendi, donec retinet illam aptitudinem, scyphus vocatur; cum verò ita fuerit conflatum, vt ad illum vsum esse non pos-

sit, dicitur perdere formam substantialem, & desinit esse scyphus, vt. ff. ad exhib. l. ix. Iulianus scribit. §. si quis, & probatur expresse. ff. de aur. & arg. leg. l. xxix. Quintus Mutius. §. cum aurum. Maior capacitas, vel minor non mutat formam substantialem rei, nec eius denominationem, vt. ff. de fun. instruct. l. fin. xxix. si nauem. nisi fortè ex capacitate certæ quantitatis assumeret denominationes, vt contingit in mensuris publicis. C. de susceptor. & arcar. l. ix. modios. lib. x. dico, quòd falsus modius nondum facit, vt not. ff. de dolo. l. xix. arbitrio. §. ideo.

20 Sextò videndùm est † de rebus incorporalibus, vt sunt iura, seruitutes, actiones, & obligationes, & similia. Dico, quòd quædam sunt iura secundùm iuris dispositionem indiuidua, & tunc ipsorum forma substantialis est ipsius rei natura: & ideo natura actionis dicitur ipsius figura, vt. C. de rei vxo. actio. l. j. rem. §. cum autem. Et hoc etiam patet, quia si naturæ actioni aliquid addatur, dicitur noua actio. d. l. j. rem. §. sed & si. C. de rei vxo. actio. Vbicunque autem reperitur aliter, est impropria locutio, vt patet, cum iura Senatusconsulti, sicut regula ista, attribuuntur Trebelliano, vt Instit. de fideicommiss. hæredit. §. sed quia stipulationes, & ff. de pactis. l. vij. iurisgentium. §. adeo. Sed quia consistit in indiuisibili, adeo quòd in ea non potest aliquid addi, nec detrahi, quin corrumpatur, & transeat in aliam speciem, vt ff. de iust. & iur. l. vj. ius ciuile. Nam statim, vbi aliquid detrahitur, vel additur iure naturali, vel gentium, efficitur

21 iuris ciuilis: hoc patet † in seruitutibus; in quibus, si aliquid detrahitur, non valet detractio, vel transit in aliam speciem, vt ff. de acceptillation. l. xiiij. & per iusiurandum. §. j. & §. seq. Item nil potest addi, & si addatur, erit non seruitus, vt. ff. de aqua plu.

22 arcen. l. xvij. si prius. in princ. & quod ibi not. Hoc patet † in stipulationibus. ff. de verb. signif. l. j. stipulatio. §. si quis simpliciter. & §. seq. vbi si risponsioni aliquid additur, vel diminuitur de eo; quod erat positum in interrogatione, vitiatur stipulario, vbi dicit textus, quòd alia res est; Et ista sunt vtilia ad multa, vt ibi dixi. Sed hîc obijcitur, quòd obligatio potest tolli pro parte, solutionis acceptillatione, & similibus, vt l. ij. stipulationem. §. ij. de verb. obligation. Potest tolli in modo contrahendi, & huic nil

potest addi, vel detrahi: & ideo dicunt iura, quòd certi sunt modi, vt l. xliij. obligationum ferè. §. placet. de action. & obligation. Secundò potest considerari ipsa obligatio, prout contracta est, &
23 idem: quia † de his; quæ ipsam obligationem respiciunt, nil potest addi, vel detrahi: & ideo nec conditio, nec tempus, nec locus adijcitur, vt. ff. de leg. j. l. lviij. nemo potest, & d. l. obligationum ferè. §. placet. & ideo dictum est supra, quòd variatio in conditione, vel tempore facit esse aliam rem: sed ipsæ adiectiones apponuntur quantum ad exceptionem; per quam ipso iure obligatio non læditur, nec mutatur, vt dictis legibus. Tertiò potest considerari obligatio respectu rerum; quæ sunt in obligatione: & tunc ipsis rebus potest addi, vel detrahi; & illo respectu dicitur obligatio pro parte perimi in his; quæ diuisionem recipiunt. Item prædictis objcitur iurisdictio; quæ indiuidua res est, tamen dicimus, quòd multis modis iurisdictio prorogatur. Respondeo.
14 † ipsa iurisdictio non prorogatur, sed dicitur prorogari respectu materia; quia in plures personas, vel in plures res extenditur, tamen ipsa in se non recipit augmentum, vel diminutionem. Exemplum: vna scientia dicitur crescere, quando à pluribus scitur, tamen in veritate ipsa in se non crescit. Hæc non prosequor, licèt vtilia, & necessaria sint.

1 *Ager inundatus à flumine, si flumen postea recesit, quando primo domino restituatur.*

Sed vix est, vt id obtineat, Idest nullo modo id obtineat: sed contra istud est Instit. de re. diuis. §. alia. Solutio. Illud verum est de rigore, hoc de æquitate secundùm Azo. & benè cum determinatione; quam infra dicam. Dantur in glo. aliæ solutiones; quæ etiam sunt bonæ in casu suo: ideo pro ipsarum declaratione distinguamus; Aut flumen recesit cum impetu, & restituitur primo domino, vt infra proximè, & ita loquitur tertia solutio glossæ: Ratio; quia magis videtur fuisse inundatio, quàm alueus. Aut non recesit cum impetu, & tunc, aut apparet forma primi agri, & primo domino restituitur, vt hîc in secunda glossæ: ratio, quia non desinit esse ager, sed remanet for

ma : Aut forma non apparet, & tunc, aut loquitur de rigore, & non restituitur primo domino, vt in præcedenti Rubr. & Instit. de rer. diuis. §. alia. Aut de æquitate, & tunc restituitur primo domino, secundum Azo. vt hîc, quod intelligo, nisi flumen fecerit ibi alueum per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes : sic enim quilibet præscripsisset : ergo flumen habet titulum de iure gentium, argum. ff. de captiu. l. xij. in bello. §. si quis seruum. Item quod dicit in toto fundo, idem in parte fundi, eadem ratione. Item sicut recuperat fundum, seu partem eius, ita videtur, per eandem rationem æquitatis, quod habeat ius acquisitionis aluei dimissi, vel eius ; quod addetur per alluuionem : & ista est mens huius literæ, si benè inspicitur.

Aliud sanè, Tertia pars loquitur de inundatione fundi.

1 *Species pro figura, & forma sumitur.*

Speciem, Idest formam. Vel speciem, idest figuram, propriè hoc non facit transire in aliam speciem.

1 *Inundatione licèt perdatur possessio, tamen dominium non mutatur.*
2 *Præscriptio numquam potest perfici in possessionibus existentibus iuxta flumen.*

Non mutat, Magis enim est tegere, seu cooperire ad tempus, quàm inundare, facit. ff. de aquir. rer. domin. l. xxx. ergo. §. alluuio. & de flumin. l. j. ait Prætor. §. si fossa. Sed contra, de acquir. possess. l. iij. possideri. 1 §. labeo. Solutio. † per inundationem non mutatur dominium, vt hîc, sed perditur possessio, vt ibi ; quia illo instanti non potest 2 possideri ; quod nota pro † possessionibus ; quæ sunt propè flu- a mina ; in quibus nunquàm potest perfici præscriptio a propter interruptionem. Item contra. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. xxiij. si ager : cuius solutio. Potest dici, quòd donec aqua iacet, dominium perditur : sed aqua recedente restituitur, vt ibi. Et quod hîc dicit, non mutat, expone, idest mutare non videtur re-

cedente

cedente aqua. Vel verius, quòd in lege contrariò ponuntur duo casus. Primus, quando flumen fecit alueum: & sic concordat cum præcedenti. Secundus, quando non fecit alueum: Et quod ibi dicit, non reuertitur, dicit, quatenus de facto exiuit, vt ibi not. per Gloss. Item contra. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. xxiv. cum vsusfructus, in princ. Solutio: eodem modo: & ita dicit glossa super hanc legem. DEO GRATIAS.

ADDITIO.

a ¶ Præscriptio. Vide Alexand. in cons. clxxvij. in vj. volum. incip. In causa, & lite vertente. Thom. Dipl.

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM QVAE IN TYBERIADE A' BARTOLO, VERBA LEGIS EXPONENDO, PERTRACTANTVR.

A' numero primo facies, à secundo Notabilia designantur.

Fac.

A

107 7 *ACetum licèt in eadem substantia sit vt vinum, tamen venit appellatione vini.*

108 *Actionis natura dicitur figura ipsius.*

12 4 *Additum per alluuionem plateæ, vel campo; cui acquiratur.*

12 5 *Additum alluuione loco sacro, vel religioso, vel alicui cœmeterio, ei non acquiritur, & in nullius bonis est, & occupanti conceditur.*

17 1 *Adiectum alluuione nobis acquiritur ipso iure absquè facto hominis.*

17 2 *Adiectum alluuione agro possidetur eo iure; quo possidetur ager.*

16 1 *Adiecta dicuntur, quæ ita adijciuntur, vt vniantur.*

23 2 *Adijcere fundo dicitur quod inuisibiliter fit, applicare quod visibiliter, & palàm.*

7 15 *Æqualitas in plano qualiter esse debeat.*

115 1 *Ager inundatus à flumine, si flumen postea recesserit, quando primo domino restituatur.*

6 1 *Ager est locus sine ædificio.*

6 2 *Agri tres partes sunt.*

17 *Agri limitati dicuntur agri capti ab hostibus, & inter milites diuisi.*

17 3 *Alluuio non habet locum in agris limitatis.*

17 6 *Alluuio non tribuit iurisdictionem, sicut tribuit dominium rerum priuatorum, & nu. 9.*

21 3 *Alluuio probatur per testes deponentes, quòd viderant minutatim incrementum allatum.*

13 6 *Alluuionis ius an locum habeat in viuis.*

100 2 *Alueus fluminis derelictus, vt acquiratur prædio, quid requiratur, & probandum sit ex parte agentis.*

108 11 *Anima sensitiua est forma substantialis rerum animitarum anima sensitiua.*

108 12 *Anima intellectiua est forma substantialis rerum corporalium, & intelligentium, vt homo.*

108 13 *Anima rationalis non præsumitur esse in monstro nato ex muliere, non habente formam exteriorem hominis: secus, si communi aspectu videtur homo.*

102 *Annus quando dicatur incipere, & quando desinere.*

68 4 *Ante, & retrò propriè cadit in animalibus.*

68 5 *Ante, & retrò apposita ad denotandum tẽpus qualiter intelligantur.*

68 6 *Ante, & post, posita circa locum quomodo intelligantur.*

23 1 *Applicare idem est, quod apponere.*

24 3 *Arbor mea impositа tuo fundo, etiam si ibi coaluerit, petitur actione in factum.*

24 *Arbor antequam coaluerit vendicatur à Domino.*

107 9 *Arbor propriè, quæ sit, & quæ dicatur secundum Iuristas.*

16 3 *Arena adiecta alluuione fundo nostro nostra est.*

C

61 2 *Caput, seu principium alicuius rei vbi sit, & quantum spatium occupet, & nu. 8.*

61 *Caput hominis habet tres proprietates, scilicet initium neruorum, pars honorabilior, & versus cœlum erigitur.*

61 3 *Caput, seu principium, vel initium fluminis est, vnde flumen originem capit: & finis, vbi flumen terminatur.*

61 4 *Caput anni tẽpus; à quo incipit, dicitur: finis à tempore, quo finitur.*

61 5 *Caput Ecclesiæ vbi altare honorabilius.*

61 *Caput aulæ, vbi magis homines sedere solent.*

62 *Caput scholæ, vbi cathedra posita est; & ibi de fine.*

62 *Caput prouinciæ ciuitas honorabilior.*

62 6 *Caput montis dicitur pars superior eleuata: depressa appellatur pes.*

62 7 *Caput rei dicitur locus; per quem ingreditur: sed si per omnes partes est ingressus, dicitur quod est versus meridiem: pes versus Septentrionem. nu. 8.*

69 *Caput meridies, & pes septentrio.*

7		*Colles verò mediocris altitudinis, & culti: & distinguitur mons à colle estimatione circumcollentium.*
7	9	*Concauitas sulcorum; quæ est annalis ratione culturæ, vel aquæ deriuandæ, non mensuratur.*
55	7	*Concesso iure occupandi alicui, si negligat occupare, amittit ius suum.*
55	8	*Concesso territorio specialiter per superiorem, quando concessio valeat.*
21	4	*Confines reperti fracti in domo præsumuntur fracti ab eo; qui remansit ad custodiam.*
23	3	*Crusta agri tui; quæ applicatur prædio meo, quando possit à te vendicari.*
23	4	*Crusta agri tui applicata prædio meo, & ita quòd inseparabiliter vnitur, efficitur mea.*
24	1	*Crusta applicata fundo meo, intra quantum tempus dicatur vnita cum meo, & mihi acquisita.*
24	4	*Crusta applicata fundo meo, postquam fuerit vnita vendicari non potest.*
24		*Crusta antequam sit vnita, potest agi contra Dominum, vel vt illam tollat, vel vt illam pro derelicto habeat.*
		D
68		*Deorsum à parte superiori versus inferiorem.*
102	6	*Desinere aliquid quando dicatur.*
69	8	*Dextra propriè cadit in animalibus se mouentibus: impropriè in alijs rebus.*
69		*Dextra, vel sinistra domus, vel agri quomodo capiatur.*
69	9	*Dextra, vel sinistra fluminis qualiter cognoscatur.*
66	1	*Dictio vterque, distributiua duorum tantùm, quandoquè inter plura ponitur.*
102		*Dies quando dicatur incipere, & quando desinere.*
		E
61		*Extremitates, principium, & finis.*
		F
68	7	*Facies domus dicitur pars illa; per quam quis ingreditur, vel sit in via magis honorabili.*
21	5	*Factum in consilio præsumitur relatum ab eo solo; qui exiuit.*

Fac.		
7	8	*Factum in loco; in quo propter attractionem aqua versus flumen vergit, an dicetur commissum in plano Tyberis?*
13	1	*Flumen publicum dicitur, quod perpetuò currit: Quæ autem in hyeme currunt, & non æstate, priuata sunt.*
13	2	*Flumen priuatum nihil tribuit per alluuionem, adijcere tamen potest.*
75	4	*Flumen, fluuius, & amnis idem sunt.*
13	7	*Fluminis ripa; quæ erat iuxta prædium, si corruit, ita vt flumen alueum mutet, alueus acquiritur prædio.*
107	3	*Forma rei substantialis qualiter cognoscatur.*
107	4	*Forma rei substantialis rerum inanimatarum est id; per quod ipsa consistit, & vnde denominationem nominis appellatiui accipit.*
107	8	*Forma substantialis rerum animatarum anima vegetatiua, est ipsa anima vegetatiua.*
108	17	*Forma substantialis hominis politici est esse liberum.*
108	19	*Forma substantialis in rebus artificialibus est quædam aptitudo, quam habent ad illum finem; ad quem per artificem factæ sunt.*
108	20	*Forma substantialis rerum incorporalium; secundùm iuris dispositionem est indiuidua ex natura ipsius rei.*
7	16	*Fossa agrorum, & ripæ viarum; quæ sunt in plano, plani sunt.*
13	4	*Fossata posita in confinio duorum prædiorum communia sunt.*
13	5	*Fossatum existens prope finem prædij; de quo apparent instrumenta antiqua; in quibus possessores emerunt prædia à latere, intelligatur esse eorum; qui prædia à latere possident.*
6	6	*Fossæ; quæ sunt inter ripam, & fundum, sunt eorum; prædijs quorum adhærent, vsus tamen eorum est publicus.*
6	7	*Fossæ; quæ sunt inter viam, & fundum, qualiter mensurentur.*
75	3	*Fouea; per quam aqua ducitur ad molendinum; cuius iuris sit.*
7	10	*Foueæ agri dicuntur fieri ad perpetuam vtilitatem.*
61	1	*Frequenter accidere quid sit.*
		G
55	10	*Gentes existentes in loco occupato quibus legibus regentur.*
		H
107	10	*Herba dicitur, quæ terra continetur, & separata à terra non dicitur propriè herba.*
108	14	*Hominem non esse liberum, non est de forma substantiali, sed accidentali.*

		Homo est animal ciuile, & politicum.
108	15	*Hominum duæ sunt species, scilicet liberi, vel serui, considerando in esse naturali.*
108	18	*Hominum species secundum ius ciuile sunt duæ, quia alij sui iuris, alij alieni.*
108		*Homo, anima separata, non est homo, sed cadauer.*
108		*Homo est animal ciuile, & politicum.*
		I
24	2	*Impositum fundo meo, fundo meo acquiritur, & additum per alluuionem mihi acquiritur.*
102	2	*Incipere impropriè, et largè dicitur; qui se præparat ad incipiendum.*
102	3	*Incipere propriè dicitur; qui aliquid incipit facere de eo, quod est faciendum.*
102	4	*Incipere etiam dicitur; qui multa ipsi incæptioni adijcit.*
102	1	*Incipit, & desinit, adiecta facto habenti tractum successiuum, quomodo accipiantur.*
102	7	*Incipit, & desinit si adijciuntur tempori, quomodo accipiantur.*
102	8	*Incipit, & desinit si adijciuntur loco, qualiter accipiantur.*
102	9	*Incipit, & desinit, quando adijciuntur essentiæ alicuius substantiæ, vel qualitatis, qualiter intelligantur.*
102	10	*Incipit, & desimit, quando adijciuntur potentiæ alicuius, qualiter intelligantur, vt quis dicatur posse.*
55		*Insula in mari nata dicitur illius prouinciæ, vel iurisdictionis; cui magis est propinqua.*
55	2	*Insula in mari alto posita propinqua alteri Insulæ dicitur eius iurisdictionis prouinciæ; cuius est illa Insula.*
		Insula Sardiniæ dicitur Italiæ.
55	3	*Insula nata in mari alto, & non propinqua alicui loco, vel Insulæ erit occupantis; quò ad dominium: Et iurisdictionem Imperatoris de iure ciuili; de iure gentium occupantis, etiam quò ad iurisdictionem.*
55	4	*Insulæ, vel locus occupanti concessus si à pluribus occupatur, omnes dicuntur occupasse.*
65	1	*Insula in flumine communi nata communiter acquiritur iure dominij, non possessionis, nisi apprehendatur.*
65	2	*Insula qualiter communiter diuidatur.*
66	2	*Insula; quæ est in medio, & ab vno latere sit ager limitatus, vel cœ-*

meterium, an alteri tota acquiritur.

65 3 *Insulæ paruę vsus publicus est: magnæ, ripæ tãtùm sunt in vsu publico.*

20 1 *Intelligere non comprehenditur per visum.*

116 1 *Inundatione licèt perdatur possessio, tamen dominium non mutatur.*

102 5 *Iuramentum calumniæ si præstatur post litem contestatam, dicitur præstitum in exordio litis.*

17 7 *Iurisdictio est iuris publici. Et qualiter sit iuris publici.*

17 8 *Iurisdictio si diuidatur flumine, quælibet ciuitas, vel Dominus habet iurisdictionem in ipso flumine, vsque ad medium.*

108 24 *Iurisdictio in se non recipit augmentum, nec diminutionem, & ipsa non prorogatur: sed dicitur prorogari respectu materiæ.*

55 1 *Iurisdictionem habens in territorio mari cohærenti habet etiam iurisdictionem in mari vsq; ad centum milliaria.*

L

68 1 *Latera sunt sex.*

55 6 *Locus non dicitur occupatus ex aliqua caualcata, seu curreria super loco facta.*

12 *Locus sacer intermedius impedit ius alluuionis.*

M

61 1 *Medium est, quod consistit inter duo extrema.*

7 11 *Montes regulariter sunt inculti, & magnæ magnitudinis.*

N

12 1 *Noster dicitur ager, vt habeat locum alluuio, non solùm respectu dominij, vel quasi: sed etiam iure pignoris, vel vsusfructus, vel quouis alio modo.*

108 *Noua actio dicitur, cũ aliquid additur, vel detrahitur naturæ actionis.*

O

108 23 *Obligationi de his; quæ ipsam respiciunt, nil potest addi, vel detrahi.*

108 *Obligationi si additur, vel detrahitur, quantùm ad exceptionem obligatio non mutatur, nec læditur.*

108 *Obligationi respectu rerum; quæ sunt in obligatione, & ipsis rebus diuisionem recipientibus, potest addi, vel minui, & isto respectu dicitur obligatio pro parte perimi.*

55 11 *Occupans locum ob delictum habitantium potest illorum bona auferre, & alteri dare.*

69 11 *Orbis dextra est oriens, & sinistra occidens.*

P

68 3 Pars superior, & inferior denominatur per caput, & pedes; per aduerbia localia sursum, & deorsum: per præpositiones supra, & infra, vel super, vel subtus.

107 1 Perempta propria forma rei, res perit, & esse desinit.

61 Pes hominis tres proprietates habet, scilicet finis corporis, pars ignobilior, & versus terram iungitur, totum corpus substinendo.

7 13 Planus dicitur quando est latus, & partes sunt æquales.

7 Planus quando dicatur notabiliter in vnam partem pergere.

55 5 Plures si concurrunt in vnum ad occupandum locum, & quilibet per se vult occupare; cuius erit locus.

107 2 Plus, & minus non faciunt rem differre specie.

12 3 Prædia ciuitatis; quæ coluntur sicut priuata, habent ius alluuionis.

2 Præscriptio nunquam potest perfici in possessionibus existentibus iux-

55 12 Princeps solutus est à legibus, & omnia potest. (ta flumen.

16 3 Proiectum per flumen in agrum nostrum, nostrum non est, sed conceditur occupanti.

107 Propria forma rei: quæ sit.

Q

16 Quicquid alluuione adijcitur, & vnitur prædio nostro, nostrum est.

62 8 Quantum spacium occupet caput, quantum pes, seu finis, & quantum medium.

R

107 5 Res inanimatæ tunc perdunt eorum substantialem formam, quando illa communia accidentia: ex quibus sic denominantur, perduntur.

107 6 Res vna, & eadem diuersimodè secundùm diuersas considerationes accipitur.

6 4 Ripa, & loca; quæ cedunt ripæ, agro vendito non veniunt mensuranda, nisi dicatur.

6 8 Ripæ; quæ sunt in fundo qualiter mensurentur.

75 1 Riuus appellatur pars fluminis, & est iuris publici.

75 2 Riuus non procedens à flumine: sed à fontibus, vel alijs venis quando sit publici, & quando priuati iuris.

S

6 5 Sepes prædiorum; quæ in vijs publicis cohærent, se habent sicut ripæ; quæ sunt communes.

108	21	*Seruituti si aliquid detrahitur, non valet detractio: si additur, non est seruitus.*
108	16	*Seruus factus liber, vel è contra, videtur alius homo, & non tenetur ex antegestis.*
116	1	*Species pro figura, & forma sumitur.*
13	8	*Stagna, & lacus si priuata sunt, non habent ius alluuionis: secus si publica.*
108	22	*Stipulatio vitiatur, quando aliquid additur, vel detrahitur, de eo, quod erat positum in interrogatione.*
7	17	*Statutum puniens factum in plano Tyberis, habet locum in facto in fossis agrorum, vijs, & ripis plani.*
69	10	*Superficies terræ dicitur facies terræ; quæ erga cœlum respicit.*
68	2	*Sursum dicitur totus motus à parte inferiori versus superiorem.*
		T
68		*Tempus est quædam fluxibilitas, & cursus.*
17	5	*Territoria diuersa si diuersis integrè assignantur, non dicuntur agri limitati.*
17	4	*Territorium vnum, si princeps diuidit inter plures, dicitur ager limitatus, & non habet ius alluuionis.*
55	9	*Territorium an videatur occupatum ab eo; qui in eo cum exercitu stat, vt statim suum fiat.*
21	2	*Testis deponens per verbum intellexit, non probat, nisi exponatur, idest vidit.*
13	3	*Torrentia, seu fossata agrorum cur priuata sunt.*
		V
7	12	*Vallis dicitur locus montibus, vel collibus circundatus.*
7	14	*Vallis qualiter à plano distinguatur.*
100	1	*Verbum præteriti subiunctiui rem præteritam significat.*
6	3	*Via media inter agrum, & flumen non impedit ius alluuionis.*
12	2	*Via intermedia agro non impedit ius alluuionis.*
22	2	*Vires in plurali denotat effectum, seu efficaciam, et potentiam corporis.*
22	1	*Vis in singulari pro potentia, pro violentia, item pro necessitate, & etiam pro potestate ponitur.*

FINIS.

HAEC ALICVIVS MOMENTI AB IMPERITIS excusorum manibus vitiata; Quarum tamen nonnulla in plurimis hisce nostris Codicibus, studiose lector, emendata reperies: ita benignè corrigito.

Pag. 9 *fundo*-8 *fundo* ¶ *dico de ripis*-*dico* † *de ripis* ¶ 10 *a ergo*-*ergo* ¶ *à a plano*-*à plano* ¶ *Ediles*-*Aediles* ¶ 11 *in his*-*in his* ¶ 12 *platea plateæ* ¶ 13 *peralluuionem*-*per alluuionem* ¶ 14 *solum*-*solum* ¶ 15 *enim*-8 *enim* ¶ *De lacu*-*De* † *lacu* ¶ 16 3 *proiectum*-2 *proiectum* ¶ 17 *alluuionibus*-*alluuionis* ¶ *diuersi diuersis* ¶ *quod ager*-*quo ager* ¶ 22 5 † *Quid*-4 † *Quid* ¶ 6 *mansit*-5 *mansit* ¶ 27 *linea est indirecta*-*linea non est recta* ¶ *vt g, h,*-*vt in linea g, h,* ¶ *punctns t h,*-*punctus h,* ¶ *quanto*-*quantò* ¶ 28 *linea i,* k,-*linea* k *l,* ¶ *prima i,* k,-*prima* k, *l,* ¶ PRAEMISSVM III.- } PRAEMISSVM III. PROBLEMA I. ¶ 29 *aparet.*-*apparet.* ¶ *ductam*-*datam* ¶ 30 PRAEMISSVM IIII.- } PRAEMISSVM IV. PROBLEMA II, ¶ *ad puncto f.*-*ad punctum f.* ¶ *supra datam*-*supra lineam datam* ¶ *ad punctum h,*-*ad punctum* k, ¶ 31 PRAEMISSVM V.- } PRAEMISSVM V. PROBLEMA III. ¶ 32 *duolus*-*duobus* ¶ 34 *precedentibus*-*præcedentibus*, [& ita vbique *àpræcedentibus*-*à præcedentibus* ¶ 38 *latera a e,*-*latera a c,* ¶ 39 *tantum*-*tantùm* ¶ 41 *Supra illum*-*supra illud* ¶ 43 *rotonda*-*rotunda* ¶ 46 *præscindent proscindent* ¶ 48 *tantum*-*tantùm* ¶ 49 *sepè*-*sæpe*, [& ita semper ¶ 50 *contingit*-*contigit* ¶ *fiat in*-*fiat, in* ¶ 51 *prescindant proscindant* ¶ 54 *flumine*-*flumen* ¶ 56 *l. pœn.*-*l. pen.* ¶ 58 *possnnt possunt* ¶ 59 *tutto.*-*tuto.* ¶ 60 *toribus*-12 *toribus* ¶ *Princeps*-† *Princeps* ¶ 62 *cognoscamus*-*cognoscamus*: ¶ *quid,*-*quid* ¶ 65 *sequenti libro*-*sine huius libri* ¶ 66 *declarabis.*-*declarabitur.* ¶ *cœmetetcrium*-*cœmeterium* ¶ 67 *si iui*-*si cui* ¶ 71 *post hac*-*posthac* ¶ *Pascate*-*Paschate* ¶ 74 b *dextram continget*-*dextram,* b *continget* ¶ 80 *lineam*-*lineam* ¶ 82 *croceus a r q,*-*croceus a r o,* ¶ 86 *incircunferentiam*-*in circunferentiam* ¶ 90 *artibutum*-*attributum* ¶ 91 *alterius*-*alteri* ¶ 92 *ducantur ponantur* ¶ *h i*-*h, i,* ¶ 94 *pro diuiso*-*pro indiuiso* ¶ 97 *corum*-*eorum* ¶ 99 *desineri detineri* ¶ 101 *verbo nostro*-*verbo, nostro* ¶ 103 *sic postquam*-*si postquam* ¶ 107 *tamen venit*-*tamen non venit*, [& sic etiam in Tabula. ¶ 113 *quidam nigri, quidam nobiles*-*quidam nigri, quidam albi, quidam nobiles,*

REGISTRVM

* A B C D E F G H I K L M N O P Q

Omnia sunt folia integra.

BONONIAE,
EXCVDEBAT IOANNES ROSCIVS
IMPETRATO SVPERIORVM CONSENSV
M D L X X V I.

PERPETVO

NON FERRO

379-626